

ergo pulchri paupertate: Medecina verò abigit morbos: Iudicia deniq; intemperantiã & iniustitiam amouet. **P.O.L.** Sic apparet. **S.O.C.** Quid ergo horu est pulcherrimu? **P.O.L.** Quoru dicitur **S.O.C.** Quatuor, medicinar, iudicariar. **P.O.L.** Multo inter has excellit iudicaria, Socrates, **S.O.C.** Ergo vel voluptate affert plurimã, vel utilitate, vel utruq; siquid pulcherrima est. **P.O.L.** Sic habet. **S.O.C.** An ergo curari à medico delectabile est: & inter manus medici oblectantur, dum curantur infirmi? **P.O.L.** Non apparet. **S.O.C.** Conducit tamẽ nonne? **P.O.L.** Confert. **S.O.C.** Quoniã videlicet magno liberantur malo. Quapropter vtile est, tolerare dolorem, vt sanus euadat. **P.O.L.** Proculdubio. **S.O.C.** An ergo felicissimus quantu ad corpus attinet, is fuerit qui per medicinam curatus conualescit: vel potius qui à principio non aegrotauerit? **P.O.L.** Certè qui non aegrotauerit. **S.O.C.** Nempe non in hoc consistere videtur felicitas, vt liberemur à malis sed vt ab ipso initio simus incolumes. **P.O.L.** Ita est. **S.O.C.** Ceteru si duo male vel corpore, vel animo affecti sint, vtri horu miserius: num qui curatus liberatur à malo, an qui minimè? **P.O.L.** Qui nõ curatur, mea quidẽ sententia. **S.O.C.** Nonne in iudicio puniri, à maximo quodam malo, id est à prauitate liberatio erit? **P.O.L.** Erat certè. **S.O.C.** Quippe cum pœna iusta castiget, iustior est; efficit tamquam medicina quãdam improbitatis. **P.O.L.** Ita est. **S.O.C.** Felicissimus ergo qui non habet animi vitium: quando quidẽ id maximum apparuit esse malum. **P.O.L.** Absq; dubio. **S.O.C.** Deinde autem qui à malo eiusmodi liberatur. **P.O.L.** Apparet. **S.O.C.** Hic verò est qui correptus castigatũq; pœnas dederit. **P.O.L.** Is ipse. **S.O.C.** Pessimè ergo viuit qui iniustus est, nec ab iustitia soluitur. **P.O.L.** Apparet. **S.O.C.** Nonne hic est qui maximis perpetratis iniuriis, maximãq; vfus violentia, effecerit vt neq; corripiatur, neque puniatur, neq; persoluat pœnas: quemadmodum effecisse dicit Archelaum, aliõq; tyrannos, & oratores, atque potentes? **P.O.L.** Apparet. **S.O.C.** Fermè enim huiusmodi hominẽs, vir optime, perinde faciunt, ac si quis morbo correptus grauissimu, det operã, ne vitiorum quæ in corpore sunt, sub medico pœnas reportet, neq; curetur: puerorũ more vstionẽ atq; sectionẽ, tanquã rem molestã, formidans. Nonne & tibi quoque ita videtur? **P.O.L.** Mihi quidẽ. **S.O.C.** Quoniã videlicet quanti sit sanitas corporisq; virtus ignorant. Videntur autem per ea quæ modo concessimus, tale quiddã facere, õ Pole, illi qui iudiciũ fugiunt: ad dolorẽ quidem eius aspiceret, ad utilitatem verò cæci esse: atq; ignorare quantu miserius sit animo esse non sano, sed fracto, iniusto, impio, quam ægrũ corpus circumferre: itaq; dant operã ne iudiciũ subeant, neve maximo soluantur malo. Eãq; de causa pecunias cumulat, comparant amicos, eloquentia student. At enim si vera inter nos sumus confessi, sentis quæ ex hac disputatione tandem sequatur: Eãne vis vt singula ordine, colligamus? **P.O.L.** Nisi tibi aliter videtur. **S.O.C.** Nonne cõsistit maximũ esse malũ iniustitiã atq; iniuriã? **P.O.L.** Videtur. **S.O.C.** Præterea mali huius solutionem esse pœnas luere? **P.O.L.** Apparuit. **S.O.C.** Eas verò effingere mali perseverantiã? **P.O.L.** Certè. **S.O.C.** Igitur inter mala magnitudine secundum obtinet locum inferre iniuriã. Efficere autẽ ne iniuriarũ subeat pœna, omninũ natura maximum est, primũq; malorũ. **P.O.L.** Videtur. **S.O.C.** Hoc est igitur, õ amice, de quo ambigebamus. Tu quidẽ Archelaum esse felicẽ affirmabas: qui cum maximas perpetratis iniu-

rias, nullas tamẽ pendit pœnas. Ego autẽ sentiebam diuersum: videlicet siue Archelaus, siue alius quiscumq; mortaliũ iniuriarũ supplicia non ferat, eũ vel præcipuẽ esse miserũ: ac semper eũ qui intulit eõ qui sustinet iniuriã, esse miseriorẽ: deniq; illũ qui non luat pœnas, illo qui luat. An non hæc etiã quæ à me dicebatur? **P.O.L.** Hæc ipsa. **S.O.C.** Nonne demonstratũ est verũ hæc dicta fuisse? **P.O.L.** Apparet. **S.O.C.** Age igitur Pole, si vera hæc esse cõstat, quidnã opus est rhetorica: Nẽpe ex superioribus sequitur oportere dli gẽntissimè obseruare nos ipsos, primũ quidẽ, ne cui iniuriã inferamus, tãquam faris mali ob hoc ipsum habituros. nõne ita habet? **P.O.L.** Ita certè. **S.O.C.** Deinde verò siue per nos, siue per alium quempiã nobis charũ inferatur iniuria, frõte nostra iudici nõs puniendos, tanquã medico selinãter offerre: ne inuenteras iniuriã morbus, siue inficiat animũ, vt insanabile reddat. Quoniã alio pacto dicemus, õ Pole, si maneat priora illa inter nos cõcessa? Nonne hæc ita illis necessariõ cõsonat, nec fecus habere possunt? **P.O.L.** Quid igitur porro dicere possumus? **S.O.C.** Addefendendũ igitur aut excusandũ iniustitiã nostrã, vel partem, vel amicorũ, aut filiorũ, aut patrie iniuriãtis nihil utilitatis nobis cõfert rhetorica. Nisi quis iudicet cõtra oportere rhetorica vt, ad accusandũ videlicet: primo quidem nos ipsos, deinde de multisco familiarẽq;. & alios: siquis corũ qui nobis chari sunt, iniurias perpetraverit: ne lateat eorum crimina, sed producatur: vnde pœnas illi persoluãt, saniq; euadant. Præterea ad cõpellendũ seipsum & alios ne torpãt, neve expauescant: sed forti animo & quasi clausis oculis iudici tanquam medici fecãdos vrendõq; se tradat, bonũ ipsum honestũq; quædet dolore contempto. Itaq; si verberibus digna cõmiserit, vtberẽdos sese tradatũ vinculis, vincendos: si multa, multandos: si exilio, expellendos: si necesse cõcedas. Quã quidem in re vnusquisq; sui ipsius sit suorũq; accusator: atq; ad hoc oratoria facultate vtatur, vt patet factis iniuriã à maximo iniustitiæ malo soluantur. Itane Pole, an aliter dicimus? **P.O.L.** Absurda quidem ista Socrates, mihi videntur. Veruntamẽ tibi fortè superioribus consonãt. **S.O.C.** Non quid aut superiora illa cõuelli, aut hæc sequẽtia cõcedi necesse est? **P.O.L.** Ita res habet. **S.O.C.** Cõtra verò reputãdo, si alicui malefecerit oportet siue inimico, siue alij cuiuspiã, id duxat cauendũ est, ne ipse ab aduersario iniuriã patiatur: ac si alius iniuriã fecerit inimico, omni studio prouidẽdũ est & verbis & operibus, ne luat pœnas, neve trahatur ad iudicẽ: verũ ad eũ si rapiatur, fortè annitẽdum vt inimicus euadat, nec sumatur de ipsa supplicio. Imò si aurum multũ abstulerit, id vt restituat, sed possidens ipse in se, atq; suos iniuste impieq; profundat: sin morte digna cõmiserit, ne moriatur vnquam, si fieri potest, sed immortalis sit malus. Sin autẽ minus id fieri potest, saltẽ vt in ea prauitate plurimũ temporis uiuat. Ad hæc & huiusmodi mihi videtur, Pole, cõferre rhetorica. Illi verò qui nõ sic illaturus iniuriã, haud magno effe emolumento videtur: si modo vllũ in ea est vel commodũ, vel utilitas. Nam in his quæ superius dicta sunt, nihil eiusmodi profus apparere. **P.O.L.** Dic mihi Chærephon, serio hæc loquitur Socrates, an iocatur? **P.O.L.** Mihi quidem videtur Callicles mirum in modũ loqui ferẽ, haud tamẽ importunũ fuerit ab ipso requirere. **P.O.L.** Cui pro deos scire, Socrates, vtrũ te tũc ferẽ loqui, an iocari existimare debeamus, Na si seria hæc sunt

& vera

& vera quæ dicit, peruerũ proculdubio nobis est vita, atq; omnia contra quã decet, agimus. **S.O.C.** Callicles, nisi in hominibus inest affectus, & alius quidẽ alius, atq; alius, tamẽ in plerisq; cõmunis, sed aliusq; est nobis propriã quãdam singularẽq; præter ceteros habere affectiõnem, haudquaquam facile foret, quod in se quisque sentiret, aliis explicare. Quorũ hęc Nempe animaduerto idẽ quoq; nobis accidere: quimq; duo simus, duo quãdã amare. Nam ego Alcibiadẽ Clinie filium, ac philosophiam amo: tu verò populũ Atheniensem & Pylilampi filium. Sentio itaq; ferẽ tibi usũ venire, vt quamuis dicendo prætes, tamẽ cum tuus tibi amãtus aduersatur, & hoc modo fe rem aliquã habere contendit, ei contra dicere non possis: sed fursum deorũq; ianuaris. Nam in cõciõne quidem si tibi aliquid dicẽti populũ Atheniensem contradixerit conuulsisse mutare sententiã, atq; ea dicere quæ illi placere intelligas: eadẽq; tibi & aliam cum Pylilampi adolescentulo isto formosẽ verãtium solent accidere, nec vllõ modo potes voluntati fermonibusq; eius obistere. Quã obrem si qui illa quæ tu gratia eius, aut populi dicis, admittas, hũmida esse obiecerit, respõdebis forsitã, modò vera ferari velis, nisi is quem tu amas, & populũ mutet sententiã, nec vnquã te mutaturũ. Arbitrare igitur ralia à me quãdã te audire, nec talia me dicere admittis, sed da operam vt philosophia amica mea hæc velle desinat. Dicit enim illa, õ dulcis amice, semper quæ à me audis. Ac mihi multo minus solida & pernicax est, quã pueri amãti. Hic enim Clinicus alius mihi loquitur aliter, philosophia autẽ semper eadem. Dicit autẽ quæ tu nunc admiraris: modò enim præfens audisti. Aut ergo illa, quod proximè dicebat, redarguetat; ostẽde iniuriã facere, nec dare pœnas, non extremũ esse malorũ. Aut si hoc stare sinis, prædico tibi, õ Callicles, per canem Ægyptiorum deũ, nunquã te Callicis cõsensurũ, sed in omni vita repugnaturũ. Atqui ego, õ vir optime, prætare iudico, vt Iyra mihi dicordet & dissonet, chorũq; quẽ dicit, ac multi prætare homines contradicant, quã vt ego vnus mihi disonet atq; repugnẽt. **P.O.L.** O Socrates, videris inter dicendũ iuueniliter exultare, ac reuera quidã appareat cõcionator, & nunc quidem in his quoq; concionatorẽ agis: quum idẽ Polo euenit, quod euenisse Gorgiã, paulo antè erga te accubabat. Nam Gorgiã, quodã in loco atẽ interrogatum, si pergeret ad ipsum alius rhetoricẽ percepturus, sed iuris ignarus, an illũ doceret: rubore adductũ, inquit Polo, affirmauisse illũ fe esse docturũ: idq; ob ipsos hominũ mores, qui grauit ferrent, siquis talia non cõcederet. Ob huiusmodi deinde concessiõnẽ coactũ fe Gorgiã, si bimet cõtradiceret, tibiq; id misicẽ gratiam esse. Quare te quidem iuste tũc, mi fieri potest, sed immortalis sit malus. Sin autẽ minus id fieri potest, saltẽ vt in ea prauitate plurimũ temporis uiuat. Ad hæc & huiusmodi mihi videtur, Pole, cõferre rhetorica. Illi verò qui nõ sic illaturus iniuriã, haud magno effe emolumento videtur: si modo vllũ in ea est vel commodũ, vel utilitas. Nam in his quæ superius dicta sunt, nihil eiusmodi profus apparere. **P.O.L.** Dic mihi Chærephon, serio hæc loquitur Socrates, an iocatur? **P.O.L.** Mihi quidem videtur Callicles mirum in modũ loqui ferẽ, haud tamẽ importunũ fuerit ab ipso requirere. **P.O.L.** Cui pro deos scire, Socrates, vtrũ te tũc ferẽ loqui, an iocari existimare debeamus, Na si seria hæc sunt

quatur, tu deinceps fecidum naturam interrogas. Si verò secundũ naturam ille, ipse fecidum legem: quemadmodum de inferenda, vel sustinenda iniuria modò fecit. Cum enim Polus, secundũ legẽ in ferre turpius esse diceret, ipse legẽ esse persequutus secundum naturã. Natura enim quicquid peius est, idẽm & turpius, quale iniuriã pati, lege verò inferre. Non enim viri est iniurias pati, sed mancipij cuiusdã, cui mortuũ esse quãm viuere præferet: quod quidẽ contumclis iniuriarũq; affectum, neq; sibi, neq; suis potest optulari. Verũ, vt ego arbitror, qui leges cõdunt, imbecilliores sunt, & de vulgi numero. Itaq; utilitati consulẽtes suæ, leges constituunt, præterea laudes vituperationẽq; disponunt, metu potentiorũ adducti, ne qua in se excedere eos possint. Itaq; aiunt turpe iniustũq; esse aliis plus habere, idque definitur iniuriã facere plus videlicet quã alijs vt habeas, quærere. Satis enim sibi factũ putat, si quum inferiores sint, equã habeant portionẽ. Ob hæc igitur rationẽ lege quidem id iniustũ turpẽq; dicitur, quærere vt plus quãm ceteri possideas: atq; hæc vulgõ iniuriã nominant. Natura verò ipsa, veluti poro, demonstrat æquũ esse, vt præfiores potẽtiorẽq; omnia exerts habeat superiora. Ostdẽt verò multis hæc modis, tum in ceteris animantibus, tum in cõciõs ciuitatibus atq; gẽtib; apud quas iustũ esse censetur, vt potentior infirmiorũ dominetur, plusq; possideat. Nam quo iure Xerxes aduersus Græcos duxit exercitum, vel pater eius cõtra Scythas, aut innumerales alij, quos referre quis possit? Sed hi, vt arbitror, iuxta naturã iuris ipsius, ac per Louem iuxta ipsius naturã legẽ hæc agunt: non tamen fortã iuxta leges has à nobis conditas, per quas præfatiõnẽ ac validissimã in dolis adolecẽtes ab incunabulis tanquam leones vincicẽtes, quasi quibusdã modũ submicimus, dicentes æquitatẽ esse seruandã, idque pulchrum iustũq; esse. At si quis præstantis naturæ viri iurgat, ac literas, fascinationes, incantationẽque huiusmodi vestras pessundans atque discindens, legesq; omnes quæ desolantã naturã, subuertens, & conculsans, ceteris dominetur, in eõ iam naturã ipsius ius effulget. Videtur autẽ mihi Pindarus hæc eadẽ in quodam cantu ostendete: vbi legem ait omnium esse reginã mortalium atque immortalium: eãmque ius agere violenter præpotenti manu. Idq; coniectare se dicit ex rebus gestis ab Hercule: qui, etsi carmẽ ipsum haud satis memoriter teneo, memini tamẽ ipsum dicere: Herculem neq; emptos, neque donatos Geryonis boues abegisse: vt pote naturali ipso iure dicente, & boues, & cetera omnia quæ ab hominibus possidentur, illius qui præstantior sit atq; valentior, esse debere. Veritas igitur ita habet, idque planè cognoscas, si ad maiora iam, dimissa philosophandi cura, te cõduerteris. Nam philosophia quidem, õ Socrates, gratiosa res est, & venusta, si quis illam moderatè in adolefcentiaq; attingat. Sin autem supra modũ tempus in ea contriuerit, hominẽ est corrupela. Quãlibet enim quis bono à natura sit ingenio præditus, tamen si diutius per ætatem iam prouectam philosophet, necessariõ omninũ rerum imperitus euadet: quaram omnino clarum, bonum, excellentem virum habere peritiam oportet: nam & legum ciuiliũ, & verborum, quibus in consuetudine ceterõq; hominũ tam publicè quã priuatim vti decet, voluptatum præterea cupiditarumque humanarum,

Natura turpius est iuriã. legẽ verã in ferre.

Lex regũ est omnium talium.

& vt breuiter comprahendam, moru profus fiunt ignari. Quocirca quoties ad aliquam rem gerendam, vel publicam vel priuam sefe conferunt, habentur ridiculi, quemadmodum & ciuiles viri, si in veitras exercitationes disputacionisq; descendunt. Euenit enim illud Eurpidis, qua in re clarus quisq; est, ad eam proparat: & dei partem illi plurimam impartit, vt ipse se superet. Vbi vero inferior sit, inde fugit, illudq; viruperat: aliud vero laudat, quamdam sui ipsius beneuolentia existimans seipsum ita laudare. Verum praestare arbitror amborum participes fieri, philosophiae quidem quatenus disciplinae gratia deceat, nec turpe quid est adolefcenti philosophari, sed cum gradior natu philosophiae adhuc incumbit, res est, Socrates, valde ridicula. Equidem similitur affectus sum erga illos qui philosophiae dant opera, atq; illos qui balbutiunt ac ludunt. Quoties enim aspicio puellu cui decoru adhuc est loqui ita balbutientem ludetisq; delecto, festiuumq; & libarale mihi videretur, puerilemque decere xtate. Quoties vero puellu audio verba expeditius exprimentem, molestum quiddam mihi oboritur, auribus offendit meas: atq; feruile quippiam praefere videtur. Ceteru quom virum quis vel audit balbutientem, vel videt ludentem, ridiculum id quidem, a virorumque alienum, ac dignum plagis apparet. Idem igitur erga philosophantes mihi euenit. In adolefcente enim philosophiam dum cerno, valde delecto, delectisq; iudico, atq; ingeniu esse hominem huic existimo: cum vero qui no philosophetur, illiberalem, nec vnquam praclaru aliquid ac generosum de seipso praestituru. Sed quado gradior em natu philosophantem animaduerto, nequedu studia eiusmodi delectent, verbenbus iam hunc viru, Socrates, indigere censo. Quippe quod, quemadmodum modo dicebam, huic accidit homini, vt etia si bene natus sit, tamen iners atq; ignauus euadat, fugit enim media ciuitate, forentesq; consuetudines, in quibus poeta inquit viros fieri praestantissimos: absconditque sese cum tribus vel quatuor pueris, & in angulis susurrando vitam ducit, nihil vnquam liberale aut magnificum prolaturus. Erga te autē Socrates bene atque amice affectus sum. Itaque idem mihi erga te quod & Zetho erga Amphionem apud Euripidem, cuius modu mentionem feci, accidisse arbitror, talia enim nunc mihi quaedam aduersus te dicere venit in meum, qualia aduersus fratrem ille dicit. Profecto ea Socrates negligis, quae cura esse tibi conueniebat, atq; adeo generosae mentis praestantiam specie quadam puerili conformas, vt pote qui nec in iudiciis consultationibusque, si vnus poscat, verba recte facere, neq; conueniens quicquam probabileq; eligere, nec alius prompte consulere possis. Quare amice Socrates, ne mihi succenseas Beneuolentia enim erga te mea ad haec proferenda nunc me adducit. Nonne turpe ducis sic comparatum te esse, quemadmodum arbitror, & te & alios omnes qui philosophia diutius persequuntur? Nemp si te nunc quis, aut alium e actu vestro quempia comprehendat, inq; carcerem trahat, atq; te iniuriam quamuis nullam inferas, inferre tamē accuset, certe quid ageres, non haberes: sed vacillares ofcitarisq; defensionis tuae profus ignarus, proinde adductus in iudicium, vel ab ignauo obiectoque accusatore, vltimo supplicio, si modo illi placeret, afficeris. Iam vero quomodo id ad sapientiam spectat, o Socrates, si qua ars ingenae mentis naeta virum, reddat deteriorem: adeo

vt nec ipse sibi opē ferre valeat: nec ex grauissimis periculis se, aut alium quemquam seruare, sed inimicorum raptorumque exponat iniuriis inglorium in ciuitate degentē? Iam vero eiusmodi virum, eussi dictu sit agrestius, licet super genam imponē pulsare. Quamobrem bone vir me audi, ac iam in vanis versari argutis desine: decora reru gerenda exerce officia, atque ea ex quibus sapere videris: ista vero arguta, siue deliramenta appellari oportet, siue nugas, vnde vacuae habitandae tibi domus fuerit, aliis relinque. deniq; imitare non eos qui haec exigua caprant, sed eos quibus victus, & gloria, & alia bona adfunt copulurima. s o c. Si aurea mihi, Callicles, anima foret, nonne arbitraris me libenter reperiturum aliquem ex his lapidibus, per quos probari aurum solet optimum, ad quem animam ad mouēs meam, si ab ipso quasi recte educata approbarer, certo scirem me fatishabere, nec probatione vterius alia indigere? c a l. Quorsum haec, o Socrates: s o c. Dicam equidem. Nepe arbitror, cum te nactus fuerim, me iam pretiosum huic lapidem esse nactum. c a l. Quam ob causam? s o c. Quoniam certo scio ea que tu mecum conseris, in his quae meus animus opinatur, fore proculdubio vera. Censo namq; in eo qui alicuius probaturus sit animam, vtrum illa quidem recte instituta sit, necne, tria potissimum requiri, quae in te sunt omnia: scientiam primu: deinde opinionem, prudētis scilicet atq; beneuolentia iudicia. Nam multos equide reperio qui me propere recto examine probare non possunt, quod sapientes non sunt, quemadmodu tu esse videris. Alij vero sapientes quide sunt, sed veritate mihi dicere nolūt, ex eo quod mei curam non gerūt, vt tu geris. Peregrini vero illi, Gorgias, & Polus, sapientes quidem sunt, meq; diligunt: verum deesse eis audacia, veredioresq; sunt, quam oporteat. Quod quide cuiquam dubium esse possit: Quippe cum eo vsq; procellerint vereduntia, vt vtriq; ob ipsam vereduntiam in praesentia multorum hominu ausi fuerint sibipis de rebus maximis contradicere. Quibus omnibus quom alij careant, ipse habes. Principio es abude liberaliter institutus, quod multi, si opus sit, confirmarent Athenicēs, imbiq; beneuolus, quod qua coniectura intelligam, tibi dicam. Noui equidem Callicles, quatuor vos in sapientia studio socios: te scilicet & Tisandrum Aphidnrum, & Andronē Androtionis, Naucliydemq; Cholargeum: atq; cum aliquando inter vos ageretur, quousque sapientia studendū foret, eiusmodi apud vos vicissitentia audiui: non esse ad exactam philosophiae diligentiam contendendum, sed cauendum ne ultra quam deceat, sapientes facti clam vos ipsos depraueritis. Quom igitur audio idem te mihi dare consilium, quod amicis meis, abunde magnum argumentu est veri amoris erga me tui. Postremo quod non desit audacia, nec te pudor impediāt, & tu ipse affirmas, & oratio quam paulo ante hic habuisti, testatur. Cum haec igitur ita se habeant, siquis tu mihi in disputando cōcesseris, satis iam nobis probatu erit: neq; oportebit ad examē aliud id referre: alioquin tu nunquam id mihi cōcessisses, vel sapientiae defectu, vel vereduntia adductus, vel decipiēdi causa. Amicus enim mihi es, vt ipse ais. Reuera igitur mea tuaq; confessio finem iam veritatis habebit. Harum veru consideratio rerum in quibus me ipse corripuisti, omnū Callicles pulcherrima est: qualem esse virum deceat: quidque, & quousq; tam

*Tria debet habere probaturus animam alij cuius, scilicet, scientiam, beneuolentiam, & audaciam.*

*Sententia Callicles, & amico rum. No est adeo exactam philosophiae diligeniam contendendum, sed cauendum ne ultra quam deceat, sapientes facti clam vos ipsos depraueritis.*

*Quousque veru con sideratio pulcherrima.*

in iuuentute quam in senectute exercere conueniat. Ego vero siquid in vita mea minus recte ago, certe habeo me non sponte meo, sed inlicita potus aberrare, quam obrem tu quemadmodu admonere capillisti, perge quaeq; planeq; mihi demōstra quidnam sit istud, & qua via consequi valeat, quod mihi querendum arbitraris. Quod si me consentientem tibi non habebis, postea vero quae assensus fuerim minus praestare deprahas, recordē omnino ignauumq; me putato, neq; vterius in me admonendo quasi omnino perditu optam perdas. Resume vero mihi ab initio, quemadmodum tu & Pindarus dicebatis, iustum id esse natura, potentio rem per vim auferre ea quae imbecilliorū sunt, & dominari meliorem deteriori, plūque habere eum qui praestantior sit, quam qui abiector. Nunquid aliud dicis esse iustum: an recte meministi? c a l. Haec & tunc dicebam, & nunc dico. s o c. Vtrum vero meliorem vocas eundem atq; potentio rem? Neq; enim tunc plane quid dices, intelligere potui, nū validiores appellas potentiores? oportetq; validioribus infirmiores obtemperare? Quemadmodum tūc videris demonstrauisti, cum dices magnas ciuitates aduersus partas naturali iure insurgere, propterea quod potentiores atq; validiores essent: quae idem sit potentius validiūque, & melius. An fieri potest vt aliquis melior quidem sit, inferior tamē atq; imbecillior possidat? Similitert vt potentior sit, deterior tamen? Vel eadem melioris atq; potentioris est definitio? Hoc ipsum mihi apertus explicat, idē me an aliud sit potentius & melius, atq; valentius. c a l. Equidem manifeste tibi assero idem esse. s o c. Nonne multitudine ipsa natura vno potentior est: quae quide leges constituit super vnum, quemadmodu nuper ipse dicebas? c a l. Quidnis o c. Multitudinis ergo leges potentiorum sunt. c a l. Omnino. s o c. Nonne igitur & meliorum? Qui enim potiores sunt, vt ipse ais, multo sunt meliores. c a l. Sic certe. s o c. Nonne horū institutiones natura sunt recte, cum potentiores sint? c a l. Sic affirmo. s o c. Nonne multitudine statuit, quemadmodu nuper ipse dicebas, iustu esse seruari inter omnes aequalitatem: atq; esse turpius iniuriā inferri quam pati? Estne ita an aliter? Ac vide ne hic tu quoque ob vereduntia capias. Constituit multitudine ista necne vellelicet iustum esse seruari aequalitatem, non autem alium alio plus habere: atq; turpius esse facere iniuriā quam accipere? Nulla te Callicles inuidia quaequo minus ad haec respondeas detineat: vt si meū sentias, abs te confitentem, tāquam viro ad iudicandum abunde sufficere. c a l. Sic vtriq; statuit multitudine. s o c. Nō ergo lege sola, & turpius est facere iniuriam quam pati, & iustum est equitate seruare, sed etiam ipsa natura. Qua propter videris in superioribus nō verē dixisse, neque me recte accusauisse: cum cōtrarias inter se esse legē atq; naturā affirmas, meq; haec animaduertentes Veteratorem in disputado preberet: atq; siquis secundū naturā loquatur, ad legē: siquis veru secundū legem, ad naturā deducere. c a l. Hic vir nunquam desinet in nugis versari. Dic mihi Socrates, nonne te pūdet tam grandem natu venari nomina? Atq; siquis verbo excidat, tanquam id tibi lucro veniat, impense captare? Putas me aliud dicere poteris esse melius atq; potētius? Nonne dudū dico idem esse melius atq; potētius? An putas me dicere, si flex seruo rum hominumque vndique vilissimum in vau confluat, hos praeterquam fortasse corporis

viribus esse potēiores: & quae hi statuunt esse iurati? s o c. Agedum, o sapientissime Callicles, itāne dicis? c a l. Et maxime quidem. s o c. At ego beate vir, iam dudum coniecto tale aliquid te potentius appellare: atque interrogo cupiens quid velis aperte cognoscere. Nonne enim duos meliores esse vno iudicas? neque feruos tuos te meliores, quia videlicet robustiores sint? Vtrum rufus a principio dicas quos tandem velis esse meliores, quando non validiores: & vide precor, o vir mirifice, vt mitius me doceas, ne a scholis tuis aufugiam. c a l. Ironice loqueris. s o c. Non per Zethum Callicles, quo tu fretus multa vsu aduersus me nunc es ironia. Verum dicage, quosnam meliores appellas? c a l. Praestantiores equidem. s o c. R. Vides ergo te nomina duntaxat dicere: ostendere vero nihil: non aperis meliores potēiores ostendere, vtrum prudentiores alios quosdam esse dicas. c a l. Per Iouem hos dico, & maxime quidem. s o c. Sape igitur vnus prudens compluribus imprudentibus iuxta sermone tuum potentior est: atque hunc par est dominari, ceteros vero subesse, plūque habere eum, his quibus imperat. Hoc enim dicere mihi velle videris (neque verba aucupor.) si quidem vnus sit multus potentior. c a l. At haec ipsa sunt quae dico. Hoc enim arbitror vni esse natura: eū videlicet qui melior prudentiorque sit, imperare, atq; plus inferioribus possidere. s o c. Siste praeumper, quid tandem sentias, si hoc in loco, vt nunc, congregati essemus multi: forsenteque nobis communia esculenta, & poculenta complurimam veru ex variis hominum generibus essemus constati, partim quidem validi, partim vero imbecilles: vnus autē nostrū omnium circa haec prudentissimus fortasse medicus: ac foret hic, vt cōsentaneum est, alius quidem robustior, alius vero debilior: nonne hic prudentior, praeterea melior, quantum ad haec pertinet, & potentior erit? c a l. Omnino. s o c. Vtrum veru horum esculentorum propterea plus illum quam nos, quia sit melior, capere deceat? An potius ob eius praestantiam omnia distribuere debet, neq; in distribuendo pro se plus retinere (alioquin multandus sit) sed aliis plus, aliis minus habere: ac si omnium debilissimus sit, minimum sibi quamuis optimo tribuendum est? Callicles? nonne ita est dicendum o bone? c a l. De esculentis, & poculentis, & medicis atque huiusmodi vnus verba facis: ego veru non de his loquor. s o c. Vtrum igitur prudentiorem esse meliorem dicis, necne? Responde. c a l. Equidem. s o c. R. At non oportet vt melior plus accipiat? s o c. R. Non de cibis atque portionibus. s o c. Intelligo, forte enim de vestibus, atque oportet eum qui fit in cōficiendis vestibus peritissimus, magnum habere pallium, ac multas pretiosissimas ornatum incedere vestibus. c a l. Quas tu vestes mihi narras? s o c. At forsitan in calcibus oportet eū plus accipere qui in eis prudentior sit, & melior: ac forsitan ipse coriarius maximis pluresq; habere debet calcios, multosque suis pedibus circumferre. c a l. De quibus calcibus nunc deliras? s o c. Quod si nō talia, saltem eiusmodi quaedam dicis, cū virum in colendis agris prudentem, honestumque & bonum, debere plus reportare seminis, pluriūque in suis agris vti. c a l. Quam semper eadem dicis, o Socrates? s o c. R. Non folium eadem Callicles, sed eisdem quoque de rebus. c a l. Per deos semper tu cōrdo nes, coriarius, fullones, coquos, medi-

cos habes in ore, quasi de his instituta nobis disputatio fuerit. s. o. c. Nonne ergo ipse dices aliquando, quibus in rebus potentior atque prudenter iuste possidere plus debeat? Vel neque me permittes dicere, neque ipse dices? CAL. At ego id iam diu dico: primum quidem qui potentiores sunt, non enim cerdones dico, neque coquos, sed eos qui in administranda republica sunt prudentes: neque prudentes solum, verum etiam fortes, qui ad ea que excogitauerunt perficienda aptissimi sunt, neque animi mollitie vlla succumbat. s. o. c. Adversusne Callicles, non de eisdem me abste, atque vicissim te ad me acculas? Tu quidem me accusas quasi semper eadem repetam: ego vero te contra tanquam de rebus eisdem nunquam eadem afferentem, siquidem alias meliores atque potentiores esse definit validiores, alias autem prudentiores. Nunc præterea aliud quiddam afferes. Fortiores enim nunc quidam abste potentiores meliorisque nominantur. Verum age, o bone, tandem explica, quos potissimum & ad quid meliores potentioresque appellas. CAL. Jam dixi, prudentes videlicet in rebus publicis atque fortis. Hos enim decet civitatibus imperare: idque iustum est, ut plus aliis habeant, dominantes videlicet subiectis. s. o. c. Quid verò si bene ipsis vlla ratione dominari, siue parere decet? CAL. Quomodo dicitis? s. o. c. Dico nunc sibi quique debeat imperare: an nihil opus sit, ut sibi quidem imperet, sed aliis duntaxat? CAL. Quomodo sibi met imperare dicitis? s. o. c. Nihil obsecrum dico, sed quemadmodum dicunt multi, temperatum, & sui ipsius comitem, voluptatibus suis cupiditatibusque dominantem. CAL. Quam festivus es, Socrates? stupidos homines nominas temperatos. s. o. c. Quid ais nemo est quin norit me id minimè dicere. CAL. Imò valde quidem, o Socrates, nam quomodo beatus esse potest qui alicui serviat? Ceterum hoc est natura iustum atque pulchrum, quod tibi nunc audacter dico, oportere illum qui rectè vitam acturus sit, permittere cupiditates suas summopere augeri, nec eas vilo modo cohibere: atque his quam maximis quicquid petant subministrare ob fortitudinem atque prudentiam: & quemlibet earum affectum proflus explere. Quod quidè quia multi consequi nequeunt, eos vituperat qui id assequuntur, ob verècundiam suam impotentiam abscondentes: feruntque intemperantiam esse turpem, quemadmodum in superioribus ipse dicebam. Præterea in serudum habitum deducunt melioris naturæ homines: ipsique cum libidines suas explere nequeant, temperantiam atque iustitiam probant propter ignaviam. Verum si his à principio contigerit, ut vel regum essent filij, vel ipsis natura sufficeret ad imperium, aut tyrannidem, aut potestatem aliquam sibi comparandam, profectò nihil turpius peiusque esset, quam huiusmodi temperantia: qui cum liceret ipsis frui bonis, nec impedirentur ab vilo, ipsi sibi dominam præfecerint multitudinis legem sermonemque, & vituperationem. Quo enim modo non miseri sint? Si quidem propter quandam iustitiam, temperantiamque honestatem, nihil plus amicis quam in amicis tribuerent, etiam dum in civitate sua dominantur. Ceterum, o Socrates, veritas ipsa quam te sequi affirmas, ita se habet: luxuria, intemperantia, libertas, modò facultas suppetat, virtus est, atque felicitas. Cætera verò isthæ speciosa præter naturam adinventa, hominum deliramenta sunt, & nunquam penitus contemnenda. s. o. c.

Non ingenerosè, o Callicles, audacia vsum in disputando procedes. Sanè apertè nunc ea dicta sunt abs te, quæ alij cogitant quidem, dicere tamen nolunt: quamobrem te ut nullo modo desistas obsecro, ut reuera certiores efficiamur, qua sit ratio viuentium. Dic ergo mihi, cupiditates ais non esse coercendas, siquis optet esse talis, qualè oportet esse: imò permittèdum illas summopere augeri, atque earum explorationem aliunde cõparandam: idque ais esse virtutem? CAL. Aio equidem s. o. c. Si ita esset, non rectè diceretur beati, qui nullus indigèat. CAL. Alioquin lapides & mortui felicissimi foret s. o. c. Verità tamen & illa quam tu dicitis, grauis est vita. Neque admirarer si ea dere verum Euripidis dictum esset, Quis nouit vtrum viuere quidè mori sit: mori autem viuere: Et nunc foret reuera mortui sumus. Audiui iam equidem à sapiente quodam nos nunc mortuos esse, corpisque nostrum sepulchrum esse nobis: partemque illam animæ in qua cupiditates sunt, perinde se habere ac si persuadendo vicissimque dissuadendo, sursum deorsumque agitur. Itaque elegans quidam vir Siculus fortasse vel Italus in his consabulationibus hanc animam partem propter suasionem credulitatè inque lubricam alludens nominè, dolium appellauit: Demetres vero prophanos atque damnatos. Horum autem hanc animam partem quæ libidibus agitatur, tanquam futilem ob incõscientiam in inexplebilem perforatè esse dolium, inquit. Quam obrem hic vir contrarium tibi ostendit: eorum qui apud obscuros sunt inferos, eos esse miserimos, qui tanquam omni no prophani damnati sunt, atque aquam in vas perforatum alio etiã perforato vase inferre cogatur. Esse autem hoc aliud vas, siue cribellum, ut dicebatis qui me docuit, dementiã animam, quem ideo perforato vasi assimilauit, quòd propter dissidentiam obliuionemque nequeat insusum aliquid continere. V debentur hæc alticui quodammodo mira: demonstrant tamen quod volo, si qua ratione valeam persuadere tibi, ut pro inextinguibili & incontinenti viam moderatam præsentibusque semper contemam rebus eligas. Sed vtrum per hæc tibi aliquid persuadèo? ut mutata sententiã beatiore qui temperatè viuat quam qui intemperatè putet? an nihil etiam proficèo? atque licet multa simili ratione consabuler, nihilo magis es subuenti mutaturus? CAL. Hoc, o Socrates, verius subiunxisti. s. o. c. Agedum tibi similitudinem aliam ex eodem gymnasio adducam. Attède vtrum pèrinde de vtriusque vita, temperati scilicet atque intèperati Itatuas, ac de duobus qui multa habent vasa: & alter quidem integra atque plena partim vini, partim mellis, partim lactis, aliisque similibus aliorum: tamen ut singuli huiusmodi rari quidem, & inuentu difficiles, multique & grauius laboribus comparati. Is ergo cui plena sunt vasa, nihil superius fundere omnino curet: sed quantum ad hæc attinet, quietem agat. Alteri verò liquores sint quemadmodum alteri: qui comparari quidem, sed tamen cum difficultate possint: vasa verò perforata atque fracta, ac die nocteque cõtinuè illa implere cogatur, aut extremis molestis agitretur. Quare cum talis sit vtriusque vita, temperatè an intèperatè beatiorem esse ais? An persuadèo tibi his verbis, ut vitam hominis moderatè meliorem esse quam immoderatè cõcedas: vel nondum persuadèo? CAL. Nequaquam, o Socrates. Nam illi cui plena sunt omnia, nulla amplius est voluptas: sed quemadmodum modò dicebam, quasi

Euripi-  
des de vi-  
ta & mor-  
te.

Corpus  
nostrum  
sepul-  
chrum  
est.

quasi lapis viuut, postquam semel impleuerit, neque voluptatem sentit amplius, neque molestiam. Dulcedo autè vitæ in multa continuè infusione consistit. s. o. c. An non necesse est si multum influat, multum vicissim effluere: latèque effluxui patere foramina? CAL. Proflus. s. o. c. Charadrij aius tu rursus vitæ dicitis: non talem mortui aut lapidis atque mihi respondere, nunc aliquid dicas velut effugere atque effugientem comedere? CAL. Dico equidem, s. o. c. Et sitire sitientemque bibere? CAL. Dico equidem: atque reliquis similiter cupiditibus affectum esse, expletèque eas posse cum voluptate, beati esse vitam affirmo. s. o. c. Euge virorum optime, perge, ut ceptilli: nec te pudeat. Oportet autem, ut videatur, me quoque pudore nõ detineri, ac primum mihi dicas vtrum scabioso qui sese fricit, idque contine facere quæ, beati viuere putandum sit? CAL. Quam ineptus es, o Socrates, ac reuera vulgaris concionator? s. o. c. Profectò, o Callicles, Polum quidem & Gorgiam cõterui, & erubescere compuli. Tu vero caue ne rertaris, neque pudore impediarè. Fortis nanque es, sed duntaxat responde. CAL. Dico vtrique fidentem quoque voluptuosè viuere, s. o. c. Nonne si voluptuosè, etiam beati? CAL. Proculdubio, s. o. c. Vtrum si caput duntaxat fricit, vel amplius aliquid, at que quæro? Vide quid respondeas Callicles, si quis te deinceps quæ consequuntur interroget: atque his quasi capitibus concessis cinxerit istorum vitam nequaquam grauis, turpis, infelicitè dicenda erit an ipse audebis eos beatos dicere, si ad votum his, quæ cupitis, potiantur? CAL. An non te pudeat, o Socrates, ad ista sermonè deducere? s. o. c. Egone, o generose vir, deduco? an ille potius qui adeò impudenter asserit eos qui oblectantur, quocumque modo oblectentur, esse beatos: neque distinguere quæ voluptatum bonæ sint, & quæ malæ? Vtrum nunc saltem dic, vtrum idè esse asseras voluptatem atque bonum: an esse aliquid voluptarium quod nõ sit bonum? CAL. Vene mihi proculdubio rarus sit fermo, si aliud esse dixerò, idem esse dico. s. o. c. Perueris Callicles, illa quæ prius dicta sunt: nec amplius idoneus es ad illa quæ perferamur inuestiganda, siquidem aliter quam tibi videtur es responsurus. CAL. Enimuerò tu quoque Socrates, s. o. c. Atqui neque ego rectè facio, si id facio: neque tu. Sed, o beate, vide ne non sit hoc bonum omnino gaudere: alioquin quæ nunc subdita sunt, multa & turpia atque inluper quamplurima euenire videntur, si hoc ita se habeat. CAL. Vt tu quidem putas, o Socrates, s. o. c. Tu autem reuera hæc affirmas? CAL. Affirmo equidem. s. o. c. Vis ergo quasi te ferio loquente, disputationem aggrediamur? CAL. Volo certè. s. o. c. Age iam cum huiusmodi sententiæ sis, distindè ad hæc mihi responde. Vocasne aliquid scientiam? CAL. Voco s. o. c. Nonne fortitudinem quandã paulo antè cum scientia esse dicebas? CAL. Dicebam sane. s. o. c. Nunquid alius fortitudinem, quam scientiam, quasi duo hæc sint, dicebas esse? CAL. Maximè, s. o. c. Voluptatem verò atque scientiam, idè nempe aliud esse? CAL. Alitid sapientissimè vir, dicebam s. o. c. Num & fortitudinem à voluptate distindere? CAL. Quidni? s. o. c. Age itaque, ut hæc meminerimus. Callicles quidem Acharneus voluptatem bonumque idè dixit: sed scientiam, & fortitudinem tum inter se, tum à bono distindere. Socrates autem Alopecces ista cõceditne, an non? CAL. Non concedit. s. o. c. Arbitror autem neque Cal-

licem talia concessurum, vbi seipsum rectè considerauerit. Dic mihi enim, felices, & infelices nõne contrario modo afficiuntur? CAL. Puto equidem, s. o. c. An non si contentaria hæc eorumque affectiones inuenit sunt, necesse est ea ita se habere, quemadmodum sanitas atque morbus: non enim aliquid sanitas atque morbus. CAL. Quo pacto dicitis? s. o. c. Assumpto toto si vis corpore ita cõsidera, agrotantne alicuius oculi eo morbo, qui opthalmia nominatur? CAL. Eito. s. o. c. Nunquid simul sani sunt? CAL. Non. s. o. c. Quan do verò eo morbo quis liberatur, nunquid tunc sanitas oculorum cessat? & tandem morbus simul sanitate descendunt? CAL. Minimè. s. o. c. Mirum nanque, ut arbitror, absurdum quidè foret. CAL. Nimirum quidem. s. o. c. Sed, ut puto, ex parte capis, & amittit vtrunque. CAL. Assentior, s. o. c. Robur quoque imbecillitatèque similiter. CAL. Certè similiter. s. o. c. Velocitatem rursus, & tarditatem. CAL. Certè, s. o. c. Nonne & bona felicitatemque, & horum contraria mala videlicet atque miseriam, per vices accipit vtraque, per vices amittit? CAL. Omnino. s. o. c. Siqua ergo reperimus à quibus aliquis liberatur simul & habet, nimirum hæc non ita se habent, ut alterum quidem eorum bonum sit, alterum verò malum, hæc enī confitemur. Quid responsurus sis, cõsidera diligenter. CAL. Fatcor proculdubio. s. o. c. Age vtrique ad illa quæ prius concessimus reuertamur. Effugere voluptarium dixisti esse, an molestum? De fame ipsa interrogo. CAL. Molestum equidem, s. o. c. Tamen effugientem comedere, voluptarium? CAL. Affirmo. s. o. c. Intellego, at verò famem ipsa molesta est, an non? CAL. Molestas o c Nonne & sitis? CAL. Vehementer, s. o. c. Vtrum ergo amplius at que vtriusque an confiteris indigentiam omnem atque cupiditatem doloris esse participem? CAL. Confiteor ne vltra queras. s. o. c. Eito sitientem verò bibere voluptarium esse dicitis? CAL. Dico, s. o. c. Ex hoc ergo quod ais sitientem quidem esse, dolorosum esse. CAL. Eit. s. o. c. Bibere verò expletio indigentia atque voluptas. CAL. Ita. s. o. c. Nunquid ergo qua ratione bibis, gaudere dicitis? CAL. Maximè, s. o. c. Quatenus verò sitit, dolere? CAL. Certè, s. o. c. Sentis igitur quid sequatur? videlicet fatere te dolètem gaudere simul quando sitientè dicitis bibere? An non simul id euenit eodè in loco atque tempore siue animam, siue corpus respicias? Nihil enim refert, ut arbitror. Itane est an aliter? CAL. Ita. s. o. c. Veruntamen felicem esse simul & infelicem, impossibile esse dixisti. CAL. Equidem, s. o. c. At verò dolentem gaudere posse concessus es. CAL. Apparet. s. o. c. Quapropter gaudere nõ idem est atque esse felicem: neque dolere idem quòd infelicè esse. Idèque aliud voluptas est quam bonum. CAL. Nescio quid commeteris. s. o. c. Imò scis, sed fatere non liber: at perge quælo respondendo, vtrò enim deliras, ut quam sapiens sis agnosceas, quæ me caligas. Nonne vnusquisque nostrum sitire desiderat, atque simul gaudere propter potum? CAL. Nescio quid dicas. G. R. Nequaquam ita, o Callicles. Imò responde nostri gratia, ut disputatio concludatur. CAL. At enim semper talis est Socrates, o Gorgia. Exigua enim, & nullius momenti perquirit atque redarguit. G. R. Quid tua refert? Nõ enim hoc tuò officio est, sed permitte vt arguat arbitratu suo. CAL. Quære igitur Socrates de angustis ac vilibus istis, quado id Gorgia placet. s. o. c. Beatus es, o Callicles, qui magna consecutus mysteria

sis prius quam parua: Ego verò id fas esse non iudicabam. Sed iam refutens vbi reliquisti responde. An non simul definit quis sitire atque gaudere? CAL. Cōcedo. soc. Nōne & famelicere aliāque cupiditates habere simul atque voluptates definit? CAL. Ita est. soc. An non ergo dolores, & voluptates simul habere definit? CAL. Ita. soc. Verum tamen à bonis, & à malis non simul cessat: vt tu modo fābaris. Nunc verò non confiteris? CAL. Equidem. Sed quid tum? soc. Nempe non eadem sunt ò amice bona, & voluptuaria neq. mala eadē atq. molesta. Ab his enim quis simul cessat: ab illis verò nequaquam, vt pote aliis. Quānam igitur ratione voluptuaria eadē sint atq. bona? vel molesta eadem atque mala? Iam verò si vis, hoc rursus pacto cōsidera. Arbitror enim nec per hunc modum tibi consentiri. Attēde igitur: bonos viros nōne bonorum presentia bonos vocas? quemadmodum pulchros eos quibus pulchritudo adit appellas? CAL. Equidem. soc. Quid verò? bonos viros appellas dementes, & timidos? non certē paulo ante, imò fortes prudentēsq. dicebas. Nōne hos ipsos nuncupas bonos? CAL. Omnino equidem. soc. Dementē autem puerum vidisti vnquam voluptate perfundi? CAL. Vidi. soc. Virum autem dementem vidisti aliquando affici voluptate? CAL. Opinor me vidisse. Sed quorsum hæc? soc. Nihil referretis responde. CAL. Vidi. soc. Quid verò? fāna mentis virum dolētem vidisti atq. gaudētem? CAL. Certē. soc. Vtri verò magis gaudēt atque dolent, prudentē sine an imprudentē? CAL. Haud multū differre arbitror. soc. Satis est istud. In bello autem vidistine vnquam virum timidum? CAL. Quid nō? soc. Quid verò cūm recederent hostes, vtri videbantur tibi magis gaudere, vel saltem similiter? CAL. Nihil refert. Gaudēt igitur & timidi. CAL. Magnopere. soc. Et dementes, vt apparet. CAL. Et isti. soc. Cūm verò hostes aduentant, soline dolent timidi, an etiam fortes? CAL. Vtriq. soc. Num similiter? CAL. Fortē magis timidi. soc. Ab euntibus autem nōne magis gaudēt? CAL. Fortē. soc. R. A. Non igitur dolent atq. gaudēt imprudentes atque prudentes, timidique & fortes similiter, vt ipse ais: magis autē timidi quān fortes? CAL. Aio equidem. soc. Verum tamen prudentes quidem, & fortes boni sunt: timidi verò atque imprudentes mali. CAL. Ita est. soc. Quamobrem æquē gaudēt atq. dolent, & boni, & mali. CAL. Assentior. soc. An ergo æquē boni malique sunt hi qui boni sunt, & qui mali? an potius boni duntaxat qui boni sunt, mali verò qui mali? CAL. Per loquem nescio quid dicas. soc. R. An ignoras dixisse te bonos bonorū presentia esse bonos: malos verò malorum? Bona autem voluptates esse: mala verò dolores? CAL. Equidem. soc. Nōne igitur his qui oblectantur ad sunt bona, videlicet voluptates: si quidem oblectantur. CAL. Quid prohiberet? soc. Nam presentibus bonis boni sunt qui delectantur? CAL. Sunt. soc. Et dolentibus ad sunt mala, scilicet ipsi dolores? CAL. Ad sunt. soc. Malorum verò presentia malos esse dicis qui mali sunt, nōne adhuc dicis? CAL. Equidem. soc. Boni ergo sunt qui gaudēt: mali verò qui dolent. CAL. Maxime. soc. Et qui magis, nimirum magis quive minus, & hi minus & qui pariter, æquē. CAL. Ita. soc. Non quid ais ita gaudere atque dolere prudentes vt imprudentes: rursusque timidos atq. fortes an magis etiam timidos? CAL. Aio. soc. Reputa igitur

vnā meū quid nobis ex his quæ concessa sunt eueniat. Bis enim atq. ter pulchrum esse ferunt ea quæ pulchra sunt dicere atque considerare. Bonum quidem esse prudētē fortēmq. diximus, nōne? CAL. Diximus. soc. Malum verò imprudentem & timidum? CAL. Prorsus. soc. Bonum autem rursus cum qui gaudet? CAL. Ita. soc. Malum verò cum qui dolet? CAL. Necessē est. soc. Dolere verò atque lætari bonum malūque similiter: fortē etiam magis malum? CAL. Certē. soc. Similiter ergo quis bonus sit, & malus bono, vel potius ipse malus sit magis bonus, an non hæc, & superiora illa sequuntur, si quis voluptuaria eadem esse dixerit atq. bona? An non necessariū hæc sequuntur Callicles? CAL. Iam dudum te ausculto Socrates, tibique concedo, animaduertens si quis vel loco aliquid tibi dederit, id puerorum more libētius te arripere: quasi verò existimare debeas, vel me vel alium quenquam non arbitrari alias voluptates esse meliores: alias verò deteriores. soc. Hui, hui, ò Callicles, quān altutus es! me quasi puerum ludis, quandoque in hunc modum team habere asserens, quandoq. aliter, me decipiens, atqui non arbitraber ab initio vltro deceptū tibi abs te, cum sis amicus. Nunc autem nimium me fessellit atq. vt videtur, quemadmodum vt etus habet prouerbium, necessariū adducor vt eo quod Prouer. ad est pro viribus bene vtar: & quod tu das accipis. Est autem, nō fallor, quod nunc asserens, cuiusmodi voluptatum alias quidem bonas esse, alias verò malas, nunquid? CAL. Proculdubio. soc. Bonæ verò nōne quæ viles? Mala autem quæ noxiæ? CAL. Ita certē. soc. Viles autem quæ boni aliquid afferunt: Noxiæ verò quæ mali nōnihil? CAL. Assentior. soc. Num igitur tales dicis, velut in corpore quas modo dicebamus, edēdi bibēdiq. voluptates? Nunquid enim ex his illæ quæ valentidinem præstant corpori, aut robur, aut aliam quandam corporis virtutem bonæ sunt: quæ contrarij, malæ? CAL. Prorsus. soc. Et dolores eodem pacto alij boni sunt, alij mali? CAL. Nihil prohibet. soc. Bonas quidem voluptates, & dolores bonos eligere oportet, & prosequi. CAL. Prorsus. soc. Contra verò nequaquam. CAL. Manifestum est. soc. Nempe bonorum gratia agenda esse omnia ego & Polus consentimus, an meministi? & tibi similiter videtur hic esse finis omnium actiōnum: ipsum scilicet bonum, cuiusq. gratia cetera omnium faciēda, non autem ipsum gratia reliquorum? An tertius in hanc sententiam nobis accedis? CAL. Equidem. soc. Quamobrem bonorum gratia oportet & alia, & voluptates sequi, non autem bona gratia voluptatum. CAL. Prorsus. soc. An ergo cuiusque viri est eligere quamam ex rebus quæ delectant bonæ sunt, quæue malæ? An potius artificiosū viri opus est vtunque? CAL. Artificiosū. soc. Recordemur ergo illorum quæ ad Polum Gorgiamque dixi. Nam si meministi, esse facultates vllas quas præparatis dicebam: alias quidem vsque ad voluptatem duntaxat, quid melius dēruisve sit ignorantes, alias verò quid bonum malūue sit cognoscentes. Ponebam præterea eorum quæ circa voluptates versantur, coquinnariā circa corpus peritiam, sed non artem: eorum verò quæ ad bonum intendunt, medendū artem. Et per loquem amicibilem precor, ò Callicles, ne aduris me ioceris: neque qui quid tibi occurrit respōdeas, neq. etiam rursus hæc à me vltio iocum accipias. Vides enim ea de re nobis esse sermonem, quā nihil magis

magis nosse vir sanæ mentis cōtendat: quemadmodum videlicet sit viuendum: vtrū quēadmodum tu horaris, illa agēdo quæ viri dicis esse officia, dicentem ad populū, & Rhetoricam exercētē, rem præterea publicam gubernantē, hæc vos in presentia gubernatis: an potius vita sit hæc philosophica capessenda, & qua in re hæc vita differat ab illa. Fortē verò operæ pretiū est, quemadmodum inceptā paulo ante distingueret: atque deinde cūm nobis de distinctione conuenerit, si hæc duplex vita est: considerate quid inter sit, & qua potius viuendum. Sed fortassis nondum quid dicam intelligis. CAL. Nondum certē. soc. At planius dicam, postquā confessi vterque sumus, esse quidem aliquid bonum, esse quoque aliquid voluptuarium: sed aliud voluptuarium esse, quam bonum atq. vtriusq. horum studium, & præparationem quandam esse ad ea cōparanda: altera videlicet venationem boni, alteram voluptatis: hoc ipsum primò antequam vltius procedam, assentis mihi nōne? CAL. Assentior. soc. Age & illa quæ ad hos dicēbam mihi assentire, si modo vera tunc loqui tibi sum vilis. Constantem enim affirmabam, nō videri mihi coquinnariā esse artem, sed peritiam quandam. Medicinam verò esse artem, propterea quòd medicinæ facultas illius quod curat naturam, & causam eorum quæ agit expendit, ac horū cuiusque reddere rationem potest. Altera verò voluptatis facultas ad ipsam voluptate circa quam totum eius versatur studium, omnino absque arte procedit, neq. voluptatis ipsius naturam considerat, neq. causam: temeraria prorsus, vt ita dixerim, neq. pēsi habens quicquam, sed vsu quodam atq. experientia, & memoria eius quod acciderit cōsueuerit solū freta, voluptates studiose parat. Hæc ergo primūm pendē, nō sufficienter tibi dicta videantur. Nunquid præterea esse pures tales quæsdā circa animam facultates, alias quidem artificiosas, videlicet eius quod sit animæ optimū curam gerentes: alias verò id negligentes, dum solum cogitant quemadmodū & de corpore diximus, quo pacto oblectare animū queant. Quæ quidem vtrum melior an deterior sit voluptas, minime cogitant: neque aliud quicquam curat, quā vt oblectent, siue melius id sit, siue deterius. Mihi quidem videntur esse tales alique facultates, vniuersūq. id ministerium adulationem esse duco, tam circa animam, quā circa corpus: & omnino circa aliud quodlibet cuius voluptatē quis affectat, nulla prorsus melioris deteriorisve adhibita ratione. Tu verò vtrum in eandem nobiscum sententiam conuenis, an dissentis? CAL. Minime quidem, imò consentio, vt tibi quandoque disputatio concludatur, & huic Gorgiæ gratificer. soc. Nunquid hoc circa vnā quidē est animam? Circa verò duas, vel plures non est? CAL. Non ita, sed & circa duas, & circa multas. soc. Nōne & multis in vnūm conuenientibus, gratificari quis potest absque vlla eius quod est optimū ratione? CAL. Sic arbitror. soc. Potē sine dicere quæ studia sint quæ hoc efficiant? Imò si vis me querente, eam quid em quæ talis tibi videtur, concede esse talem. Quæ verò non talis, nega. Principiū tibicinariam cōsideremus, an non tibi hæc videtur esse talis, vt aliud nihil quā aures delectare curet? CAL. Mihi quidē. soc. Num & cæteræ omnes eiusmodi, qualis citharistica quæ in certaminibus vtrū? CAL. Certē. soc. Quid doctrina chori dithyramborūmq. postis, nōne eiusmodi tibi esse videtur? An putas Cinesiam Meleis

filiū, vt tale aliquid dicat, vnde audieres meliores reddat? spectare? Vt potius vnde spectator turbe placere possit? CAL. Manifestū quidem hoc est, ò Socrates, de Cinesia. soc. Pater verò eius Meles, an ad id quod optimū esset, prospicere videbatur, eūm ad citharā caneret? Vt ipse profectò ne ad voluptatem quidem: nam molestitus audientibus erat. Verūm considera, nōne citharæ dæca facultas omnis, dithyramborūmq. poësis oblectatū gratia tibi videtur inuenta? CAL. Mihi quidem. soc. Quid autem præclarā hæc tragœdia atque admiranda poësis molitur? Nunquid studium eius conatusque ad audientium voluptatem solum tendit? vel si quid voluptuarium quidem atque gratum sit, sed tamen malum, id cauebit ne vnquam dica: Contra verò, si quid molestum, attamen vtile fuerit, id & dicit, & canet, oblectatūr nōne audientes? Sed quidnam tragœdiorū poësis oblectare maxime tibi videtur? CAL. Constat eam ad voluptatem gratiāque spectantium potius declinare. soc. Hoc ipsum paulò ante adulationem esse diximus. CAL. Planē. soc. Poësis si Age vtique, si quis auferat ex tota poësi concētū & rhythmum, atque mensuram, aliudne quicquam præter sermones quosdam supererit? CAL. Ipsūm. soc. Profectò ad turbam populūmq. hi sermones habentur. CAL. Proculdubio. soc. Popularis ergo oratio quædam est poësis. CAL. Apparet. soc. GRAT. Nōne rhetorica quoque popularis est oratio? An rhetorica in theatris vtri poëta tibi videntur? CAL. Mihi quidē. soc. Nunc ergo inuenimus rhetorica quendam ad populū talem, qualis est puerorum simul, & mulierum vtriusq., & seruorum atque liberorū. Quam quidem, haud valde formosū quippe cūm adulationem eam esse concessi formosū. CAL. Sic est profectò. soc. Agedum, quid de ea dicemus rhetorica, quæ ad Atheniensem aliarūmq. ciuitatum populos ex vtris liberis consilatos vtuntur? Qualis ea est? Vtrum tibi videntur oratores ad id semper quod optimū sit, verba dirigere: id duntaxat spectantes, quæ ratione ciues quam optimi ex eorum orationibus euadant? an potius hi quoque gratiam auditorum apcupantur boni duntaxat proprij gratia publico interueniente neglecto commodo? Nam perinde atque pueros, populū tractant, intenti duntaxat ad gratiam: nihil verò curantes, vtrum ob hoc meliores, aut deteriores reddantur. CAL. Haud simplex id est quod interrogas. Sunt enim qui in orando vtilitati ciuium consulunt: sunt & alij tales, quales ipse narras. soc. Satis est. Si enim & hoc est duplex, alterū quidem eius membrū adulatio erit, vtriusq. concionatio: alterum verò pulchrum, studere videlicet, vt animi ciuiū quān optimi fiant, semper pro audientium vilitate certando, siue placēt, siue displiceant quæ dicuntur. Verūm tu certē rhetorici eiusmodi vidisti nunquam. Quod si inter oratores talem quempiam habes, cur non & cum mihi ostēdisti? CAL. Per loquem ex orationibus qui nunc sunt, talem habeo nullum. soc. Num autem inter veteres aliquem indicare potest, per quem Athenienses facti aliquando sint meliores, postquā ille orare ceperit, cūm praua antea fuerint? Ego enim quis sit talis, ignoro. CAL. Quid verò Themistocles? non audis virum bonum fuisse? & Cimonem, & Milciadem, atq. Periclem hūc nuper vira functum? quem ipse quoque orantem audisti. soc. Siquidem est, ò Callicles, vera virtus, quā in superioribus ipse dicebas, cupiditates videlicet suas, aliorūque explere.

At si id aliter habet, atque veluti postea in disputando fieri compulsi sumus, cupiditates illas que meliorem efficiunt virum, exequi oportet, alias vero minus arque huius rei cum ars quaedam extet, artificemne eius aliquem demonstrare mihi potes? CAL. Nō habeo equidē quid dicam. SOC. At verō si ritē quaerueris, inuenies. Videamus iam sic sedatē & quietē cōsiderantes, num aliquis horū talis extiterit. Dic age, bonus vir atque ad id quod optimum sit, verba facies, nō temere dicet, sed ad aliquid certē prospiciet: quē ad modum & alij omnes artifices, quorū suum quisque opus obseruat. nec casū quod ad ipsū opus confertur, eligit, si quemadmodum ad propositum sibi exemplar opus speciem aliquem consequatur. Veluti si inueni placet pictores, & architectos, & fabricatos nauium, aliosq; omnes artifices: quiuis eorum in ordinem quandam singula vbiq; disponit, cogitq; alia aliis conuenire atque congruere, donec totum cōstituat quodā ordine exornatū. Id ergo omnes agunt artifices, atque hi quos in superioribus dicebamus, pariter & medici similiter faciunt cetera corpora. Ornant enim ipsū atque cōponunt. Constat id ita se habere, necne? CAL. Sic ita. SOC. Dams igitur ornatū & ordinem assecuta, bona erit: si minus, mala. CAL. Assentior. SOC. Et nauigium eodem pacto. CAL. Eodem. SOC. Atque & corpora nostra similiter. CAL. Similiter. SOC. Quid verō animus, si ordinis fuerit expertus, num bonus erit: an potius si ordinis ornamentiq; compos? CAL. Necessariū est esse superioribus hoc quoque fieri. SOC. Quod ergo nomen est ei quod in corpore ex ordine ornatūque efficitur? CAL. Sanitatem, & vires fortassis dicitis. SOC. Dico equidem, quod verō nomen ei quod in animo ex ordine fitatque ornatū, conare inuenire atque exprimere huius quemadmodum & illius. CAL. Cur non ipse dicit Socrates? SOC. Si ita tibi placet, dicam: tu verō si vera loqui videbor, concedito: sin minus, reprobato. nec vllō modo cōdonato. Mihi quidem videtur ordinatiō corporis nomē esse sanum, ex quo in ipso fit sanitas, aliaque corporis virtus. Itane est an aliter? CAL. Ita. SOC. Animi verō ordinatiō atque ornatū, legitimum lexque esse nomen, vnde legitimi fiunt homines atque decori, hæc verō sunt iustitia atque temperantia. Assentiris, necne? CAL. Eto. SOC. An non igitur ad hæc artificiosus ille theotor & bonus respiciens, verba sua hominum animis adhibebit actionēque omnes, & quicquid vel concedere aliquando, vel negabit, ad id semper intēder, vt ciuium animis iustitia quidē insit, iniustitia verō ab sit: rursus adit temperantia, intemperantia verō eiiciatur, ceteræque virtutes colantur, prauitas expellatur? Concedis, necne? CAL. Concedo equidem. SOC. Quidnam confert, ô Callicles, corpori xgro tanti malęque affecto, cibos multos suauissimōsq; præbere, aut potum, aut aliud quippiam quod non sit profuturum plus quam contrariū: aut etiā minus, secundum iustā rationem? Sunt hæc, vel non? CAL. Sin. SOC. Non enim prode sit arbitror homini, in afflicto corpore viuere. Sic enim necesse est viuere malē, nō in ea ita est? CAL. Ita. SOC. Nōne & cupiditatis satisfactio, veluti esurietem comedere quātum vult, vel sitietem bibere quatenus placet, sanū quidem hominē medici plerunq; permittunt: xgro tantem verō nunquā, vt ita dixerim, appetitus suos implere permittunt? Concedis hoc & ipse? CAL. Concedo. SOC. Ad animū quod attinet, an non eadem est oratiō? Quatenus enim prauus sit & demēs,

Sanū in ordinatiōne corporis. Legitimum & lex in ordinatiōne animi que iustitia & temperantia est.

atque intemperans iniustusq; & impius, cohercēdus nimirū est: ad cupiditatis, neque permittendus alia facere quā illa ex quibus euadat melior. Consentis necne? CAL. Consentio. SOC. Ita enim ipsi animo expedit. CAL. Prorus. SOC. Nōne cohercēre, est ab his que cupit, continere? CAL. Est. SOC. Continētia igitur melior est animo quā incontinētia, quemadmodum ipse modō statuebas. CAL. Nescio quid dicas Socrates, itaq; alium quemuis interroga. SOC. Hic non sustinet vt ipsi quod vtile sit, asserat, atque eam de qua nunc sermo habetur, continentia consequatur. CAL. Nulla omnino tuorum mihi verborum cura est; ô Socrates, atque hæcenus Gorgiæ gratia tibi respondi. SOC. En quid ergo agemus? nūquid sermonem medium abrupimus? CAL. Ipse videtur. SOC. At nefas esse autem mancas dimittere fabulas, imò colophonem imponendum esse, ne absque capite obserent. Responde ergo ad reliqua, vt sermo hic noster caput fortiat. CAL. Quā violentus es ô Socrates? Profecto si mihi credis, hæc disputatiōnem iam dimittes, vel cum alio disputabis. SOC. Quisnam vult alius, ne imperfectum relinquamus sermōnem? CAL. An non ipse sermōnem potes percurrere, vel entrando, vel tibimet respondendo? SOC. Ne mihi Epicharmi illud accidat, quæ prius narrabant duo, nunc ad illa vnus sufficit. Vtamen videtur tui sermōnis necessarium esse. Si remen ita faciemus, puto equidē oportere nos omnes certatim ad id contendere, vt quid in his que dicimus, verū, quid ve falsum sit, cognoscatur. Cōmune enim est hoc in omnibus bonis, vt hoc vnicuique constet: profecto igitur ego ipse sermōnem, quo pacto se habere videtur. Quōd sicuti vestrum fortē mihi ipsi quæ vera non sunt, videbor concedere, vestrum erit obicere atque redargere. neq; enim tanquam scis dico illa, sed verum vobiscum communiter indagans. Quapropter siquid recte dicere videbitur qui me repræhēderit, ego primus assentiar. Hæc tamen ea mente dico, si modo sermōnem perficiendū esse putatis. Sin minus, omittamus iam atque abeamus. SOC. At enim nondum mihi abeundum videtur, imò disputatiōnem à te esse perficiendam. Puto autem ceteris quoq; idem videri, & ipse percipio reliqua ex te ipso audire. SOC. Atque, ô Gorgia, libenter adhuc cum Callicle disputare, donec per Zerhi oratione Amphionis dictū illi redderē. Sed quando tu Callicles disputatiōne recusas perficere mecum, salte auctula atque argue, siquid minus rectē dicere tibi videbor: quōd si me conuinceris, haud in festus ero tibi, quemadmodum mihi tu, sed pro maximo beneficio id adscribam. CAL. Dic tu ipse bone vir, & quod in iustitia, absolute. SOC. Audi me igitur disputatiōne ab initio repetentem. An idem est voluptas atque bonū? certe nō idem, vt ego & Callicles cōfessi sumus. An voluptatem boni gratia, vel bonū gratia voluptatis sequi debemus? CAL. Voluptatem certe gratia boni. SOC. Est autem voluptas qua presentē gaudemus. Bonū verō quo presentē boni sumus. CAL. Prorus. SOC. o. Bōni verō sumus, & nos & quæcunq; alia ob presentem virtutem quādam. Sic eaim, ô Callicles, necessarium esse mihi videtur. At virtus cuiusque siue instrumenti, siue corporis, siue animæ, siue animantis non temere vtrique optime adest, sed ordine, retrahendūq; & arte que horum cuiusque tradita sit. Nunquid hæc ita se habent? CAL. Mihi quidē sic se habere videtur. SOC. Quamobrem ordine ordinatū ornatūque: esse est cuiusq; virtus.

Nescit enim mittere fabulas, proferre.

Nempe

CAL. Nempe sic ego faterer. SOC. Itaq; ornatus quidam proprius vnicuique insitus, quodlibet efficit bonū. CAL. Mihi quidem sic apparet. SOC. Quapropter anima que proprium habet ornatum, melior est illa que ornatus est experta. CAL. Necesse est. SOC. Iam verō quæ habet ornatum, ornata est atque modesta. CAL. Quidnis hoc. Talis verō est & temperans. CAL. Necesse est omnino. SOC. Quæ verō temperans, est & bona. Equidē, ô amice Callicles, quo pacto aliter dicā, nō inuenio. Tu verō siquid habes aliud, doce. CAL. Dic tu bone vir. SOC. Dico igitur, si temperatus animus bonus est, consequi vt qui contra atque temperatus affectus est, sit malus. Est verō talis intemperatus animus & incontinens. CAL. Sic est omnino. SOC. Temperatus autē agit decetia erga Deos atque homines. Nō enim temperatus esset, nisi decorum seruaret. CAL. Necesse est sic esse. SOC. Prōinde qui decetia inter homines agit, iustē agit: & agens similiter erga Deos, agit pie. Eum verō qui iusta piæque agit, necesse est esse iustū atque piū. CAL. Sic veritas habet. SOC. Præterea fortem hunc esse necesse est. Non enim terreatur viri esse, vt profectū, vel fugere aliter quam decet, imò oportet & res singulas, & homines ipsos, & voluptates atque molestias tum fugere, tū profectū, tū etiā tolerare vbi sit opus. Quamobrem omnino necessariū est temperatū virum, cum, vt diximus, iustus & fortis sit & pius, esse perfectē bonū. Bonum verō bene honesteq; agere que quid agit. Eum autē qui bene agit, felicē esse atque beatū. Improbū verō ac malē agentem esse miserum. Talis autē est qui aliter est affectus quam temperatus: videlicet qui intemperatus est, quem ipse laudabas. Ego igitur hæc ita statuo, & esse vera sentio. Quamobrem si ita se habet, quicunq; optat beatus fore, temperantiæ sequi exercereq; debet: intemperantiā verō fugere, quantū cuiusq; nostrū pedes valēt: atque ita sese cōparare, vt non indigeat castigatiōne atque pœnâ: si verō indigeat vel ipse, vel alius quibus familiarium, siue priuatus, siue ciuitas, adhibita pœna cohercēdus est, si modō futurus sit beatus. Hoc mihi videtur esse signum ad quod prospicientes dirigere vitam debemus, omnia tam publica quā priuata ad hoc referentes, vt iustitia & temperantia illi adite qui futurus sit felix: non autē cupiditatis omnia permittenda sunt: quæ explere conari, inexplibile malū est, latronisq; mors vitā agere. Neq; enim cuiusquam hominū is qui eiusmodi est, charus vnquam erit, neq; Deo: quippe cui societas cū aliis nulla esse possit. Cui verō non sit societas, ei nec amicitia etiā vnquā constabit. Tradant autem sapientes, cœli & terræ, Deoq; & homines societate quadā & amicitia, modestoq; ornatu, & temperantia & iustitia cōtineri atque vnuersum propterea mundū ornatūq; appellat, non immunditiā, neque intemperantiā. Que tu quisquis sapiens, mihi videris animaduertisse nunquā. Nam te laetit gomeriicæ æqualitatem in Diis atque hominibus valere quā plurimū. At verō tu in rebus omnibus pleonæxia, id est præstantiam, siue primas partes, exercendā putas: Geometriam nanque contemnis. Age itaq; vel resellendus est sermo ille noster, quasi non iustitiæ temperantiæq; possessione beati fiat quicunq; beati, prauitatis verō miser: vel si verus est, considerandū est quid sequatur. Nempe priora illa consequentur omnia, in quibus à me an ferio loquerer, inquirebas. Ego verō acufandū esse & seipsum & filium & amicum, siquid iniuste fuerit perpetrata. atque ad id vēdum

esse rhetorica, asserere. Et quæ tu Polum verecundia adductū putabas concessisse, vera vtriusque erat: videlicet iniuriam facere, quātū turpius est quā sustinere, tantō etiam deterrius: atque cum qui rectus futurus sit orator, oportere iustum esse, & que iusta sunt, scire. Quod quidem rursus Gorgiam ab verecundiam concessisse Polus ait. Cum verō hæc ita se habeant, consideremus quæ sunt illa in quibus me ipse vituperas, nū recte dicatur, necne: me videlicet nō posse vel mihi, vel amicis atque domesticis opem ferre, neq; ex maximis periculis liberare, at esse me in potestate libidinisq; cuiusq; quemadmodū abiectionis quique solent, siue pulsare velit quis, vt tu iactabundus dicebas, super genam, siue pecunias rapere, siue vrbe expellere, siue vltro supplicio afficeretia verō comparatum esse, turpissimū quamlibet iniuriā facere, esse ei qui facit deterris simul & turpius quam accipere. Hæc superius à nobis concessa, vt ego assero, continentur atque vniuntur, & si dicta iustitiam est, ferreis adamantinisq; rationibus, quibus, vt ita sentiam, adducor. Quas nisi tu aut aliquis te robustior dissoluat, fieri nō potest vt aliter quā vt nunc ipse dico, recte dicatur. Nam mihi quidem semper idē permanet sermo: me videlicet hæc nec scire quo pacto se habeant: at tamen nullum eorum quicquam hæcenus loquutus sum, quemadmodum modo vobiscum, potuisse vnquam aliter dicendo non ridiculum apparere. Quamobrem hæc iterum statuo ita se habere. Quōd si ita se habeant, atque iniuria maximum est qui eam facit est malorum: illud insuper maius est iudicandum, videlicet ipsum qui fecerit, nūquam dare pœnas: quod tandem auxiliū erit illud, quod quisq; cū sibi met asserre non possit, reuera sit contemendum? Nōne hoc quidem quod maximum à nobis amouet detrimentū? Profecto necesse est hoc esse turpissimum, nō posse auxiliū eiusmodi præstare sibi ipsi, amicisq; ac propinquis. Secundum verō auxiliū aduersus malum secundum: tertium contra tertium, ceteraq; similiter, prout cuiusq; mali magnitudo se habet, ita & pulchrum est opem asserre posse ad singula, & turpe non posse. Nunquid aliter quā sic se res habet Callicles? CAL. Certe non aliter. SOC. Cū igitur hæc duo sint, facere iniuriam, ac pati: maius vtrique malū esse dicimus inferre, minus autem pati. Quōdnam igitur auxiliū sibi cōparans aliquis vt vtrunq; potissimum cōsequeretur, vt neque inferat iniuriā, neque accipiat: vtrum potentiam, an voluntatem? Sic autem dico, vtrum si noli pati, iniuriam nō patietur: an si potentiam sibi comparauerit, ita duntaxat nō patietur? CAL. Constat certē si potentiam. SOC. Quid autem in inferendo? vtrum siquis iniuriā noli, satis erit remediū? Neque enim iniuriā inferet. An ad hoc insuper potentia quædam & ars est comparanda, quā nisi quis didicerit atque exercuerit, iniuriam faciet? Cor non mihi ad id salte respōdet Callicles: vtrum ego atque Polus tibi videmur recte superioribus coacti rationibus cōsensisse necne? quando cōfessi sumus, neminem volentem iniuriam facere, sed inuitos hanc inferre quicunq; inferant.

CAL.

CAL. Esto tibi ita Socrates, vt disputationē hanc concludas. SOC. Ad hoc itaq; potentia quædam & ars cōparanda videtur, ne cui faciamus iniuriā? CAL. Omnino quidē. SOC. Quænam igitur ars est ad facultatem comparandā, per quam vel nullā quis, vel minimam iniuriam patiatur? Considera vtrum tibi idem videtur quod & mihi. Mihi quidem ita videtur, vel oportere principatū in repub. obtinere, vel vsurpare tyrannidē, vel cum præfenti gubernatione esse amicitiam. CAL. Vides, o Socrates, quam paratus sim, siquid rectē dixeris, comprobare. Profecto id mihi rectē nimium abs te dictum fuisse videtur. SOC. Considera præterea hoc si rectē dicere tibi videor. Amicus mihi videtur quisquis cuique maximē, quemadmodum antiqui sapientēsq; tradidit, vt maxime similis est, nōne & tibi? CAL. Mihi quidem. SOC. Nōne vbi tyrannus ferus rudisque dominatur, siquis ea in vrbe multo melior sit, tyrannus hunc formidat, atque huic nunquā tota mente amicus esse poterit? CAL. Sic accidit. SOC. Neque il multo sit deterius? cōtemnet enim eum tyrannus, neque vniquam tanquam erga amicum afficietur. CAL. Vera naras. SOC. Solus ergo amicus huic esse poterit apud eum existimatione dignus, qui eū moribus similis sit, eadēmq; laudet atq; vituperet, subesse velit domino & parere. Hic nimirum magnam in ea ciuitate habebit potentia: hunc iniuria impune nullus afficiet, nonne ita res habet? CAL. Ita. SOC. Si quis ergo in hac vrbe ex ipsa iuuenture cogit, qua potissimum ratione magnam comparet potentiam valeat, ad eū vt nullus iniuriam tibi queat inferre, hæc ipsa, vt videtur illi, via est, statim ab adolescentia seipsum assuescere, vt eidem gaudeat atque doleat, quibus & dominatur; ita se cōparare ut illi sit quam maximē similis, nōne ita? CAL. Ita. SOC. Hic ergo, vt præfens sermo significat, assequetur, vt iniuria inferri sibi nō possit, magna q; habeat in ciuitate potentia. CAL. Proflus. SOC. Nūquid etiam assequetur vt iniuriam inferat nemini? an potius multum abest? si quidem iniulto principi similis erit, magna q; autoritatis apud eum. Verum puto eiusmodi vitæ statum huic ad id accommodatissimum esse, vt quam maximē facere iniurias possit, pœnāq; iniuriarū penitus deuitare. nōne ita? CAL. Apparet. SOC. An non hic malo occupabitur maximo, cum flagitiosus sit, animūq; infecū habeat ob imitationem domini similesq; potētiam? CAL. Nescio quomodo sermōnem, o Socrates, sursum deorsūque vertas. An nescis eum qui sic imitatur, posse eum qui nō imitatur, occidere, modo velit, fortūsq; expoliare? SOC. Scio equidem, o bone Callicles, nisi furdus sim; eum non solum abste, verum etiam à Polo paulo antē, & à cæteris fermē omnibus in ciuitate idem frequēter audiuerim, at ipse me audi, profecū interficiet, modo velit: sed malus honestum atque bonum. CAL. At hoc ipsum grauius est ferendum. SOC. Non certe viro mente ac ratione prædito, vt & tuus sermo significat. An putas in hoc ipso multum ab homine laborandum, vt quam diutissimē viuat, eāsq; artes meditetur, quæ non seruate semper à periculis possint, quibus rhetorica est, ad quam tu me capessendam exhortans, eod quod in iudiciis nos læpe feruet? CAL. Per louē tibi rectē confido. SOC. Quid verō vir optime? nandi pericia præclara tibi videtur? CAL. Non per Iouem. SOC. Attamen seruat hæc homines ab interitu, quoties illuc inciderint, vbi eiusmodi arte sit opus.

eiusmodi traditurum, per quam in ciuitate hac potens efficiaris, quāuis gubernationi publicæ sis dissimilis, siue melior, siue deterior, haudquaquā rectē. vt mihi videtur, o Callicles, cogitas. Non enim imitatorē, vt ipsa natura persimilem esse iis oportet, si magnum aliquid ad benevolentiam Atheniensis populi comparandā sis cōsecutus, ac per Iouem insuper Pylulampi filio. Quisquis te his efficiet similem, si faciet quemadmodū cupis, vt ciuilibus, atq; rhetoricis. Nemp omnes iis verbis quæ suis moribus consentanea sunt, delectantur, diuertitq; turbantur. Nisi tu forte, o lepidū caput, aliud afferas. Dicemusne aliquid ad hæc Callicles? CAL. Nescio quomodo bene dicere mihi videris, o Socrates. Euenit mihi tamen, quod multis accidere aliis consuevit: nam haud magnā tibi habeo fidem. SOC. Amor populi, o Callicles, tuo iustis animo, resistit mihi: verū si sepius meliusq; hæc eadem considerauerimus, tibi forte probabilia videbuntur. Recordare igitur duas à nobis narratas esse preparationes ad corpus quam ad animum pertinentes? Quarum altera quidem tendat ad voluptatē, altera vero ad id quod melius est, non gratificans, sed repugnans. Nōne hæc in superioribus definitimus? CAL. Proflus. SOC. Et quæ declinat ad voluptatem, ferulis neq; quicquid aliud quam adulatō est, nōne ita? CAL. Esto, si quidem ita tibi placet. SOC. Altera verō studet, vt quam optimum fiat, ius animæ sit, siue corpus id quod curamus. CAL. Omnino. SOC. Igitur sic reipublicæ ciuiumq; capessida nobis est cura, vt ciues ipsos bonos efficiamus. Alioquin quemadmodum superiores inuenimus, nihil prodest beneficium aliud conferre, nisi honestā & bona sit mens eorum qui accepturi sunt, vel pecunias multas, vel imperium, vel aliam quamlibet potestatem. Ponimus sic esse, necne? CAL. Proflus si tibi placet. SOC. Si ergo nos inuenim, o Callicles, cohortaremur, publicè ciuilia petraçtantes ad murorū, vel naualiū, vel tēplorum ingentia ædificia extruenda, nūquid necesse est cōsiderare nos ipsos atq; dispicere primum quidem an eius artis peritiā habeamus, necne, a quo didicerimus, an ita oporteret id fieri aut minus? CAL. Proflus. SOC. Secundo verō, si quando priuatim nobis vel amicis aliquid construximus edificii, idne pulchrū sit vel turpe. Quid si inuenierimus magistros nobis bonos præstitosq; fuisse, multaq; edifica atq; præclara, tū vnā cū magistris, tum à nobis ipsis priuatim, posteaquam à magistris soluti ac liberati fuimus, ædificata, tunc demū rationi cōsentaneū esset ad publica nos cōferre. At si neq; magistrum nostrū possimus ostendere, ædificia quoque aut nulla, aut nō bene constructa, stultum certe foret, opera aggredi publica, nōq; ad ipsa inuicē cohortari. Fatemur: rectē hæc dicimus. CAL. Proflus. SOC. Nōne similiter & in cæteris omnibus atq; si publicè quid agere conatuerim, quasi præstantes medici, sic nos mutuo cohortaremur, eōsdemq; ego te & tu me. Age per deos, ipse Socrates quoniam pacto affectū ad sanitate corpus habet, vel quisnam alius Socratis opera enarrā morbo siue liber, siue seru? Me quoq; de te eadē ratione iudicare deceat: atq; nisi aliquem per nos vel peregrinorū, vel ciuū, siue virū, siue mulierē sanatū esse cōperimus, per Iouē valdē ridiculum foret eō amicitia procihi, vt nullis priuatim tētatibus, nullisq; periculis seruis, necdū arte exercitata, singulari, vt dicit soler, in dolo discernere aggrediamur, & ipsi publicè medicinam exercere aggredietes, &

ad eā alios prouocantes. Nōne id conari stulti hominis esse putares? CAL. Nimirū o c. Nunc vero, o vir optime, cum nuper admittitur temp. ceperis, ac me insuper exhorteris, quōd vbi nō factam repræhendis, nōne ita inter nos cōsiderare debemus? Agēdū Callicles, quē mnā suorū ciuū reddidit meliorem? Estne quisquis, qui eū antea improbus & iniustus & incōtēns atq; imprudēs esset, standē verō Callielis opera honestus bonusq; euaserit, siue peregrin' siue ciuis, siue ferus, siue liber? Dic, si quis id abs te exigat, quidnā sis responsurus: quē adduces aliquando factū tuā consuetudine meliorē? An exponere piget si aliquid eiusmodi est opus priuatim à te consecū, priuquā ad reimp. conferres? CAL. Cōtentioniosus Socrates. SOC. At non cōtentioniosus causa id requiro, sed reuera cōpedita dūcēdū quē admodum administrada nobis publicè cōstitas: an alia curada sunt remp. adinuitibus, quam vt optima ciues efficiantur: an non sepius iam consiliū somus id esse ciuili homini faciendū? Num cōsiliū somus? Responde quæso, profecū cōsiliū somus, vt ego pro te respondeam. Si igitur ad id in sua ciuitate vtrum bonum incubere deceat, nunc in memoria reuocans mihi dicas velim, nūquid illi quos paulo antē commemorasti adhuc tibi boni ciues fuisse videantur, Pericles, Cimon, Milciades, Themistocles? CAL. Mihi quidē. SOC. Nōne si fuerit boni, vniū quisq; illorū ciues esse deteriorib' reddidit meliores? Nōne ita? CAL. Ita. SOC. Si ita est, ergo quādo Pericles primō orare cepit ad populum, deterioris erant Atheniēses, quam cum postremā ad eos habuit orationem. CAL. Fortitan. SOC. Nō licet, vir optime, dicere forsitan. Nā ex his que concessimus necessario sequitur quidē bonus ille ciuis fuit. CAL. Quid tum? SOC. Nihil, verum ad hæc id mihi dicas: nunquid dicantur Atheniēses Pericles opera meliores esse redditi, aut omnino contra ab illo corrupti? Sane Periclem audio Atheniēses fecisse pigros, timidos, loquaces, auaros; primūq; mercenaria stipendia induxisse. CAL. Ab his qui fractas habent aures hæc audis, o Socrates. SOC. At hæc non amplius audio, sed aperitiuē fecimus vtreq; videlicet Pericle ad initio magno in peruerso fuisse habitum, neq; turpem seutētiā aduersus eū viliam tulisse Atheniēses, dum prauit erāt: postquam verō honesti & boni ab ipso facti sunt, in extremo eius vice furti ipsūm condemnauisse, parūq; abfuisse quin vltimo supplicio quasi malum virū afficerent, & AL. Quid tū malū sine propterea Pericles vir extitit? SOC. Talis quidem afinorū curator, & equorū atq; boum malus videtur, si eū eos accepit, neq; calcitrosos, neq; cornu perentes, neq; mordaces, effecerit vt hæc obferatent habeant vitia. An non tibi videtur ille cui iuliber animalis malus esse curator, qui eū accepit mālū, magis ferum reddidit quam accepit? Videtur tibi necne? CAL. Concedo equidem vt tibi gratum faciam. SOC. In hoc præterea gratificari mihi, respondens vtrum homo vnū sit animalū necne? CAL. Quidnō? SOC. Nōne hominum curā Pericles habebat? CAL. Habebat. SOC. Quid ergo: an non oporteat eum quemadmodū modo consensimus, iustiores ex iniustioribus ab illo fuisse factos? siquidem ille qui curabat eos, in rebus ciuilibus peritus erat. CAL. Proflus. SOC. Nōne iustimanfucti sunt, vt ait Homerus? Tu verō quid ais? Nōne similiter & CAL. Aio. SOC. Veruntamen ferros magis ipsos reddidit quam accepit: idq; ad-

Mulier dicit vt  
morum  
Poli-  
tum.

Proter.

uerfus seipsum, quod quidē minimē voluisset. CAL. Visne tibi alientiar? s.o.c. Si videor tibi vera loqui. CAL. Sint ista. s.o.c. Proinde si magis ferus, ergo in- iustus atq; deteriores. CAL. Esto. s.o.c. Quamobrem non bonus ad rempub. administrandam cuius Pericles erat. vt ratio hoc ostendit. CAL. Non vt ipse ais. s.o.c. Per Iouem neque vt tu inquis, per ea quae confiteris. Rursus autē mihi de Cimone dicas: nōne relegauerunt eum illi quos ipse curauerat, vt vocem eius decennio nō audirent? Praeterea aduersus Themistoclem idem fecerūt, atq; exilio insuper damnauerunt. Michiadem verō qui in Marathonē pugnauit, in barathrum detrudere decreuerunt, ac nisi obstitisset magistratus, proculdubio immisus fuisset. At verō si boni, vt tu ais, hi fuissent viri, talia nūquam illis accidissent. Etenim aurige boni, nequaquam ab initio quidem nō excidunt: postquam verō equos curauerint, eiusq; artis fuerint peritiores, tunc excidunt: id enim neque in aurigaria, neque in alio quouis opere accidere solet: an tibi videtur? CAL. Minimē. s.o.c. Vera igitur erant quae a nobis in superioribus vircum scire extitisse, qui in rep. bonus ciuitas esse habendus. Tu verō confessus es nullum ex his qui nunc sunt, esse talem: ex his autē qui praecesserunt, extitisse nonnullos, atque inter eos quidem hos viros praeter ceteros elegisti. Hi verō non aliter se habere hinc in rem quam qui nunc sunt. Rhetores apparuerunt. Quapropter si hi oratores fuerunt, neq; vera rhetorica vii sunt, alioquin nūquā cecidissent, neq; adulatoria. CAL. Muleum tamen abest, & Socrates, vt quisquā corū qui nunc sunt, talia gesserit, qualia istorum quiuis gessit. s.o.c. O beate, nec ego, quantū ad ciuitatis administrationē pertinet, istos vituperam, inō verō hinc in rem mihi videntur diligentiores quam li nostri fuisse, apriorēq; ad illa conficienda quae ciuitas cupiebat. Verū in eo quod castigare ciuium cupiditates oporteat, neq; illis obsecundare, & persuadendo & cogendo ad hoc ipsum perducere vnde meliores reddantur ciues: nihil, vt ita loquar, inter hos atq; illos interest, quod quidē solum est boni ciuis officium. Attamen tibi cōfiteor illos his aptiores fuisse ad naues, naualia, moena, aliāq; eiusmodi multa reip. cōparanda. In rem ergo ridiculam disputando reuolui sumus: siquidem in omni hac disputatione in idem assiduē circumferimur, quid dicamus ignari. Ego enim te saepius concessisse arbitror, atq; cognouisse geminam hanc esse facultatem circa corpus & circa animam curatricē. Et alteram quidem ministram, per quā quae corpus cupiat, comparentur: veluti si famelcat, cibi si sitiat, potus si frigeat, vestes, stragula, calcei, ceteraq; quae ad vsum corporis exiguntur. Et profecto dedita opera eadem per imaginē tibi loquor: vt facilius intelligas. Horum enim esse paratorem, vel cauponem, vel mercatorem, aut opificem alicuius istorum: videlicet piscorē, aut coquum, aut textorem, aut calceorum futorem, infectorēq; coriorum, nihil mirum est eum qui talis sit, videri corporis curatorem tam sibi quam aliis: qui nesciūt esse praeterea artem quandam gymnasticam atq; medicinam, in quibus curatio corporis reuera cōsistit. Quas decet huiusmodi artibus imperare, earumq; operibus vti, propterea quod scientia habeant boni atq; mali, quantum ad corpus pertinet alimenta, atq; valetudinē: quod quidem ab aliis omnibus ignoratur. Quā ob causa dicendum est, has quidē seruales ministrasque

liberales esse circa corporis cultum: gymnasticam verō & medicinam his merito dominari. Haec igitur eadem esse etiam circa animum videris mihi interdum cognoscere, mihiq; concedis tanquam quid dicam intelligas. Verum paulo post adducis in medium viros praecatos & bonos in hac ciuitate quōdam fuisse: atque me quaerente quoniam isti fuerint, videris similes proferre homines circa reip. acū me percontante quoniam fuerint aut sint: boni circa gymnasticam corporum curatores, respōderes mox, idque serū, Thearion piscor, & Mithaeus qui de Siculorū arte coquinaria scripsit, & Sarambus caupo, quasi hi mirabiles corporum cultores extiterint: quorum hic favaes panes, ille epulas, ille vinum praeparabat. Fortasse igitur indignē ferres, si gymnasticam te non intellegere dicerem. Nam ministris in medium affers, cupiditatumque paratores: qui quod honestum bonūmve sit in his, nequaquam diiudicat, sed vt neque contingit, corpora hominum implent, eaque saginant. Hi laudantur ab ipsis, cum tamen ob nimiam impletionem carnes ipsorum veteres absumant. Atque postea cum ingruunt morbi, qui ita nutriti sunt, eos quidem qui deinceps consuluerunt ob ignorantiam accusant: eos verō qui ad libidinem nutruere, & nequam. Cum enim repleto talis tandem infort morbum, vt quae abique vilo sanitaris tutore facta sit, hos criminantur & improbant, atque iniuria insuper si queant afficiunt, priores verō illos qui causam morbi dederunt, laudibus effertunt. Et tu nunc, & Callicles, similitum quiddam facis, dum eos laudas qui hos nutruere, atque his rebus magnam cupidō inceserat, implere, quos aiunt magnam esse esse ciuitatem: quōd autem tumēs & intus male sana iam sit ob antiquos illos, non sentiunt. Absq; enim reparaia & iustitia, portibus, naualibus, mercibus, tributis, vectigalib; & huiusmodi nugis ciuitatem hanc impleuerunt. Quando igitur morbus erumpit, tunc illi qui in praesentia gubernant remp. improbantur. Themistocles verō ipse & Cimō & Pericles qui malorū causa fuerunt, laudantur. Quamobrem tu forsitan nisi caueas capieris, & amicus meus Alcibiades, quando praeter illa quae acquisita erant, vetera quoque fuerint amissa, quamuis maliorum causa vos non sitis, sed vt forsitan cum ceteris causa. Atque ego rem fultam & nunc cerno, & de antiquis illis audio. Sentio enim quando ciuitas aliquid ex his qui in reip. vt sunt in iniustitia damnae aggreditur, grauitate eos ferre atque discrimen animo, quasi iniqua pariantur qui beneficia in re pub. multa contulerint. Nempe aiunt iniuste se ab illa damnari. Quod omnino falsum est. Nunquā enim reipub. gubernator iniuste damnatur ab ea cui praesit, ciuitate. Videtur autē idem euenire his qui in republ. versantur, atque sophistas. Sophistae enim quamuis in ceteris sapientes, in hoc tamen vno absurde se gerunt, quōd cum se docere virtutes affirmant, saepe tamē discipulos velut ingratos accusant atq; iniustos, qui cum bona ab eis reportarint, mercedem tamen nullam aut gratiā referant. Quod quidē sermone nihil a ratione est alienius, quod videlicet viri boni iustiq; facti, & ab iniustitia praceptoris opera remoti, atq; iustitia praediti, iniurias ea ipsam iniustitia quā nō habent praceptoribus inferat. an nō videtur tibi, o amice, id absurdū? Reuera cōcionari me cogisti, & Callicles, dū respōderem reculas. CAL. Tu verō per te ipsum dicere nō potes, nisi quis tibi respon-

pondeatis o.c. Videor equidem, & nūc frequentes sa extendo sermones, dum ipse mihi nō respondere dignaris. Sed, & bone vir, per Iouem amicabile mihi dicas, an non praeter rationē tibi videtur, vt is qui dicat se bonū aliquid reddidisse, de eodē conqueratur, quasi qui bonū ab ipso factus est, sit & malus? CAL. Mihi quidem videtur, talia conqueri illos qui docere virtutē praefiterentur, talia conqueri? CAL. Equidē, sed quidnā de hominibus nullius praedij dicere potes? s.o.c. Quid verō de illis dices qui reip. praesesse se aiunt, atq; vt illa quā optimā sit diligenter excogitare: rursusq; ipsam accusant prout accidit, tanquā pessimā: putāsne hos ab illis differre? Idē profecto, & beate, est sophista ac rhetor, vel propinquū aliquid atq; simile, quēadmodum ad Polum dicebā. Tu autē propter ignorantia praclarū quiddam putas esse rhetoricā, sophisticam verō cōtēntiam. Sed reuera pulchrior est conditrix legum quam iudicia, & gymnastica q̄ medicina. Solis autem concionatoribus & sophistis minimē arbitror concedendum, vt de eo quod ipsi docēt, quasi sibi sit malum, conquerantur. Alioquin in eadem ipsa accusatione seipos pariter criminantur, quasi nihil eius profecerit quibus vtilitate atulisse se dicunt, nōnne ita se res habere? CAL. Ita profus. s.o.c. Et contulisse beneficium absq; mercede, vt cōsentaneum est, solis istis couenienter, siquidem vera diceret. Nā alia quidem beneficia cū quis acciperet, veluti per gymnasiū magistrum celer factus, forte vtiq; gratiā non referret, nisi caueatur, vt mercedē solueret quā primitum eeler factus euaserit. Non enim tarditate, vt arbitror, homines, sed iniustitia iniuriā faciunt. Nōnne? CAL. Ita. s.o.c. Si quis igitur hoc ipsum auferat, scilicet iniustitia, discrimen iam iniuria denitauerit. Verū per id solum in tuo collocari beneficium potest, si quis eos quib; confert, bonos reuera possit efficere. Nōnne? CAL. Consentio. s.o.c. Propterea vt videtur in aliis cōtractibus, turpe non est sibi cauere veluti pro aedificis ceterisq; artificis. CAL. Apparet s.o.c. Pro hac autē facultate, scilicet vt bonū q̄s fiat, optimūq; familiā suam gubernet atq; remp. turpe exilitatur nihil prius velle docere, quam de pecunia caueatur. Nōnne? CAL. Certe. s.o.c. Cōstat enim hanc esse causam: quia solum hoc ex illis beneficiis eum qui acciperit facit referre de gratiā cupidū. Quapropter praclarum videtur esse argumentum, si is qui officium eiusmodi praestiterit, vicissim ipse recipiat: cōtra verō nequaquā. Num hanc ita se habent? CAL. Ita. s.o.c. Ad vram igitur me cohortaris ciuitatis curam? age mihi definitis, ad eamne per quam cū Atheniensibus pugnem, contendāmq; vt quā optimi fiat, tanquā medicus: ad eam per quam tanquā minister voluptatis fiam, & ad gratiā loquar? Et mihi vera dic, & Callicles: decet enim te quēadmodū incepti ad dācter prosequi, mihi, libere exprimēdo quae sentis. Et nūc ergo bene generosēq; respōde. CAL. Ad ministeriū profecto te exhortor. s.o.c. Ad adulationem ergo me, & vt generosissime, prouocas. CAL. Nisi tibi iucundius est Mysorū praeda fieri, & Socrates, si non hae facies. s.o.c. Ne obicias mihi nunc quod iam saepius obieciisti, quōd interserierit me quicunq; voluerit, ne ego iterum ita respōdeam: at malus bonus: neq; iterū dicas, auferat tibi, siquid habes, ne ego quoq; respōdeāat verū qui auferat, nesciet illis tanquam sibi vtilibus vt, sed quēadmodum iniuste a me abstulerit, sic ipse vtetur iniuste, quod si in-

iuste, ergo & tur piter, deniq; situr piter, malē. CAL. Videtur mihi opinari, nihil eiusmodi accidere tibi posse, perinde ac si procul hinc habitēs, neq; deduci posse in iudicium puta ab ignauissimo quoque nullo iūque preti homine. s.o.c. Amens certe forem, & Callicles, nisi putarem in hac ciuitate vniūquenque quodlibet eiusmodi pati posse. Hoc certe certo scio si in iudicium vengo periclitās ob ea quae tu affers, improbū fore qui me accusauerit. Nullus enim bonus hominem accusat inforem. Et nihil mirum foret si morte damnaret. vt tibi dicam quam ob causam hae expētem? CAL. Volo equidem. s.o.c. Arbitror equidem me vna cum paucis Atheniensibus, ne dicam solum, ciuilem disciplinā reuera tractare, meq; solum ex omnibus qui nunc sunt ciuilia exercere: vt pote qui non ad gratiam vt ba facio, quae & frequentissimē facio, sed ad id potius, quod optimū sit, quam quod dulcissimum: neque ea ad quae quā praeterea quae dam tu nunc monēdo exhortaris, recipio me facturum, nimirum quod potissimum in iudicio dicam, non habeo. Etenim quidē recurret mihi rursus in mentem quod ad Polum dixeram. Ita enim de me iudicatur: quem admodum inter pueros de medico quem accusauerit coquus. Considera enim quae ratione defendet medicus, dū sibi apud pueros dicit, si quis eū his verbis accuset. Vir iste, & o pueri, multa vobis intulit mala. Nam & vos & minimos natus ex vobis secundo vrendoque contorquet, & attentus sae foscōsq; affligat, praeterea amarissimos praebet potus, & ad famem sitimq; vos vrget. Ego verō cōtra multa & varia suauiaque vobis paro. Si hae, inquam, coquus deferat accusator, quidnam censes hoc circumuolūtū malo medicum respōnsurum? an forte vtra fatēbitur dicens: hae equidem, & o pueri, omnia sanitaris veltre gratia fecit? An enim quam vehemētē pueri iudices eiusmodi reclamaturus? CAL. Vehemētē fortasse putandum est. s.o.c. Nōne igitur in maxima eum ambiguitate inopiaq; sine defensionis tūc detineri existimas? CAL. Profus. s.o.c. Idē mihi scio, si in iudiciū traheret, eueniret: neq; enim voluptates vllas a me ad eorū libidines inuētas cōmemorare possem, quas ipsi beneficij vtilitatis loco existimant: ego verō nec inuētores quidem earum probō, neque eos quibus praebet, feliciores existimo. Praeterea si quis me dicat vel corrumpere iuuentū in ambiguitate inopiaq; deducendo, & vel increpare redarguerēq; seniores, acerbis mordacibus quibusdā verbis vel priuātē, vel publicē, non dabitur mihi vtri dicendi facultas: me videlicet iuste hae omnia di cete, eorumq; ipsorum duntaxat vtilitati cōsulere: neque aliud quicquā afferre facile poterō. Quamobrem forsitan quicquid contingit patiar. CAL. Videtur ergo tibi benefe habere qui in ciuitate talis sit, vt sibi ipsi nequeat praedidisse s.o.c. Modō hoc sit in ipso, & Callicles, quod tu saepius conquisisti, vt sibi bimer id auxiliū praetere possit, quod neque aduersus homines, neque aduersus deos iniuste aliquid fecerit, aut dixerit. Hoc enim auxiliū genus praetere si bi, saepius iam consensus optimum esse. Si quis igitur me conuincat, eiusmodi auxiliū mihi vel aliis afferre non posse, proculdubio erubescere siue inter multos, siue inter paucos, siue solum a solo fuerim redargutus. Itaque si propter hanc impotentiam moreris, grauitate ferrem. Sin autem ob adulatoria rhetorica defecum vltimo supplicio afficeret, certo scio me mortem per facile ferentem te

Nullus bonus accusat inforem.

